



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Tractatus XVII. De vitiis oppositis Religioni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)



TRACTATUS XVII.
DE VITIIS OPPOSITIS
RELIGIONI.

PROE MIVM.

VARIA sunt vitia Religionis opposita, ut constat ex D. Thom. 2. 2. à *quæst.* 90. specialiter 92. in *princ.* Alia opponuntur Religionis per excessum: Alia per defectum. Cum enim virtus moralis medium respiciat, ab eo per extrema excessus, vel defectus recedi potest: quomocumque recessus contingat est vitium: quia medium, in quo virtus consistit, non attingit. Exempla desumi possent ex Liberalitate, Temperantia, aliisque virtutibus moralibus medium respicientibus, quibus tam per excessum, quàm per defectum aduersari potes. Liberalitati namque aduersaris per excessum, si prodigus sis, per defectum, si auarus: & sic de aliis: sic in materia Religionis opponi dicuntur per excessum ea, quibus creaturæ cultu debito Deo coluntur, vel Deus modo indebito colitur. Non quia in cultu Dei, si verus cultus est, possit esse excessus, cum Deus maior sit omni laude: sed quia in medijs assumptis ad illum colendum excedere potes: ed quod assumes media ad illum honorandum, quæ honoratiua non sunt, sed potius diuinæ Maiestatis despectiua. Per defectum autem Religionis opponuntur ea, quæ denegant Deo debitum cultum, ipsumque despiciunt. Vicia per excessum sunt Superstitio, Idololatria, Diuinatio, variæque obseruantia. Vicia per defectum enumerantur, Tentatio Dei, Blasphemia, Sacrilegium, Simonia, Periurium & Infidelitas in promissis implendis. De Periurio, & Infidelitate, cum de Voto, & Iuramento sermo fuit institutus, egimus. Quocirca in præsentis de alijs vitijs agendum erit. Triplici disputatione tractatum absoluemus. Prima erit de Superstitione, eiusque specialibus vitijs Religionis oppositis per excessum. Secunda de Tentatione Dei, Blasphemia, & Sacrilegio. Tertia de Simonia.

DISPUTATIO I.

De Superstitione, eiusque
speciebus.

PUNCTVM I.

Vnde superstitio dicatur, quid sit, quotplex, &
quam graue peccatum.

SVMMARIVM.

1. Vnde deriuetur superstitio.
2. Eius definitio expenditur.
3. Falsus cultus dupliciter contingit.
4. Versari potest circa Deum, & circa creaturas.
5. Superstitio per se graue est peccatum, aliquando contingere potest esse veniale.
6. An ieiunare die dominica sit peccatum.
7. Quid cum vnus in honorem alicuius sancti ieiunare, cuius vigilia incidit in dominica?

1. Articuli procedunt doctores in explicanda origine huius vocis. Nam Cicero *lib. 2. de natura Deorum*, dixit deriuari ex illo facto, quo aliqui totos dies precantes, & im-

molantes intendebant consequi ut sibi liberi superstites essent. Hi ergo ratione huius finis per nimium cultum procurati, supersticiosi vocabantur Lucretius (provi refert *Isidor. lib. 8. Etymol. r. 3.*) superstitionem inde dictam putat, quod sit superstantium rerum, hoc est cælestium, & diuinarum, quæ supra nos stant inanis, & vanus timor. Erat enim Lucretius Epicureus nullam in Deo providentiam agnoscentem rerum humanarum, eaque de causa putabat vanum, & inane esse illum timere. Alij verò, ut Lactant. *lib. 4. diuinar. institut. cap. 28.* Supersticiosos dictos existimant: eo quod superstitem mortuorum memoriam colerent, vel quia parentibus suis superstites imagines eorum domi, tanquam eos venerantur. Item Seruius dicit superstitionem à superstite dictam esse, quæ animalium propria est, quæ multis per ætatem superstites sunt, & quæ rebus inanibus addictæ, dum volunt videri nimis religiose, superstiosæ fiunt, & ita delirant. Tandem *Isidor. supra dicto loco* affirmat superstitionem à super statuto, vel superstitato deriuari, quia est superflua, vanaque obseruantia super statuta, seu instituta maiorum. Et hoc videtur esse veritati conformius.

2. Sed vnde cum hæc vox deriuata sit, supersticio idem est, ac indebitus cultus, seu vana religio: sic omnes Catholici cum D. Thom. 2. 2. q. 92. art. 1. Hic vanum cultus alius est falsus, & alius superfluous, cum enim Deus in spiritu, & veritate adorari debeat, iuxta illud *Ioann. 4. In spiritu, & veritate oportet adorare*: efficitur cultus virtuti oppositum falsum dici, oppositum spiritui vanum, & superfluum: superfluous est qui ex se nihil falsum significat: At Dei honoratiuus non est, eo quod per se spectatus neq; ad excitandum spiritum, neque ad Dei gloriam ordinatur, ut si in officio diuino aliqua vana misceas, si orationes fundas tor candelis talis coloris appositis, & non aliter, si in Missa, officioque diuino aliquas ceremonias

ceremonias præter Ecclesiæ morem misceas: vt bis Alleluia vbi vnum, vel nullum est dicendum Gloria & Credo, vbi omittendum est. Hæc enim media assumpta ad honorandum Deum non illum honorant, sed dehonstant; sed quia per se nihil falsum significant; ea de causa cultus, qui illis deferunt Deo, superfluous dicitur, non falsus. Dices significant Deum coli illis actibus, quod est falsum, & blasphemum. Ergo nullus est cultus superfluous, qui non sit etiam falsus. Respondeo significare ex intentione operantis non ex se, ex se enim potius dicunt Deum illi vanis actibus colendum esse. Secundo Dices: si Deus illis mediis vanis non colitur, sed dehonstat. Ergo cultus ei per illa exhibitus non solum superfluous, sed falsus, & mendax est. Respondet esse falsum quoad cultum formalem, non quoad materiale. id est cultum illis exhibitum carere veritate cultus, non tamen aliam in se falsitatem continere.

3. E contra cultus falsus ille dicitur, qui hanc falsitatem formalem cultus præstat aliquid falsum significando, quod dupliciter contingit vel ex parte colentis, vel ex parte medi, quod assumitur in cultum. Ex parte colentis contingit falsitas, si fingat se colere Deum nomine Christi, & Ecclesiæ; cum tamen Christus, & Ecclesia hanc illi facultatem non tribuant: quod solum in cultu publico, & qui nomine Ecclesiæ fit, evenire potest, vt rectè probat Suarez. tom. 1. de relig. lib. 2. de superst. cap. 2. à num. 15. & segg. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 37. num. 7. Solum enim ille cultus, ad quem præstandum habet Ecclesia ministros designatos usurpari potest à non designato, & tunc talis usurpatio est falsitas ex parte colentis; quia fingit se nomine Ecclesiæ Deum colere, cum tamen Ecclesia illi cultum non commiserit. Sic qui se fingeret sacerdotem, & attentaret missam dicere, committeret falsitatem ex parte colentis. Et idem credo de vero Sacerdote deposito; quia est quoad substantiam sacrificium nomine Christi offerat, at non quoad circumstantiam temporis, cum illo tempore, quo præfatus est, nollet Ecclesia, neque Christus, vt nomine suo offerat. Falsitas ex parte medi in cultum assumpti contingit, si medium assumas ad Deum colendum, quod falsum significet. Exemplum est, si modo offeras vitulum in sacrificium; denotas enim sacrificium Eucharistiæ non esse viticum, omnia sacrificia antiqua absorbens. Item si in Sacramentis ministrandis, mutares formam, aut materiam, quia tunc falso significares Sacramentum conferre, cum tamen Sacramentum non sit. Idem iuris est, si falsis miraculis, aut testimoniis veritatem nostræ fidei confirmares. Non enim his mendaciis veritas indiget.

4. Rursus falsus cultus potest directè versari circa Deum, & circa creaturas. Circa Deum versatur, quoties Deus falsum significantibus colitur, vel vt melius dicam dehonstat, vt ex exemplis allatis constat. Circa creaturas falsus cultus versatur, si cultum debitum Deo attribuas creaturis. Et hoc tripliciter contingere potest. Primo. Si illis attribuas honorem recognoscens in eis diuinum quid esse, qui cultus, seu superstitione vocatur idololatria: ad quam speciem reducitur, qui falsis aliquis honorem veris debitam tribueret, & qui hominibus perditis honorem, & cultum, qui sanctis debetur, præstaret. Secundo, Contingit falsitas in creaturarum cultu, si honorem tribuas, vt ab eis cognitionem rerum occultarum obtineas, & hæc superstitione vocatur diuinitio. Tertio, si tibi auxilium, & suorem præstent, & hæc appellatur vana obseruantia: sic D. Thom. ab omnibus receptus 2. 2. quæst. 92. & 93.

5. Quoad vltimum verò quam graue peccatum sit superstitione, breuiter respondeo, per se peccatum esse mortale superstitionem falsam vel ex parte colentis, vel ex parte rei significatæ. Ex parte colentis, quia est usurpatio legationis in materia grauissima. Ex parte rei significatæ, quia factio ipso se infidelem profiteretur: sic Nauarr. cap. 11. n. 24. Caietan. 2. 2. q. 93. art. 1. & in sum. verbo superstitione. cap. 1. Valent. tom. 2. disp. 6. q. 10. part. 2. vers. si autem quaratur. Lessius lib. 2. c. 43. dub. 1. n. 4. Sanch. lib. 2. cap. 37. n. 4. Suarez tom. 1. de Religion. lib. 2. de superst. cap. 2. n. 18. Bonac. disp. 3. de primo decal. præcept. q. 5. p. 1. num. 2.

Secundo respondeo superstitionem vanam, & superfluous aliquando esse mortale, aliquando veniale: Sic Bonac. numero 4. Lessius numer. 5. Suarez num. 11. Nauarr. numero 24. Valent. part. 2. sine. Sanch. num. 10. Quando autem mortale, vel veniale sit ex materia grauitate pensandum: si enim recitans officium diuinum loco alicuius antiphonæ, vel psalmi vana aliqua verba misceres, sine dubio grauitè peccares: tum quia grauem Deo irretentiam interrogas, quem intendis vanis rebus cultu publico colere, & honorare. Tum ipsi cultui publico, quem deturpas. Idem iuris est, si turpia aliqua misceres, tamen vt partem diuini officij non immisceas. At si solum aliqua indifferentia immisceas, & non in tanta quantitate, vt ordo diuini officij grauitè perturbaretur, neque vt illius partem, peccatum solum erit veniale. Qua ratione à graui culpa excusantur addentes aliquas ceremonias, & orationes in Missa,

& officio diuino, recitantes, & orantes hac positione corporis, his gestibus, & figuris, &c. Sic supradicti Doctores.

6. Ex his inferitur decilio illius questionis, an sit peccatum mortale ieiunare die dominica? Et quidem si in contemptum Resurrectionis Christi Domini, quasi verè à mortuis non resurrexisset ieiunares, qualiter Manichæi ieiunabant debium non est te grauissimè peccaturum; quia factum ipso ieiunium profiteris, & in huius hæresis exterminationem Ecclesia ieiunium dominicale prohibuit: cap. si quis presbyter 30. dist. cap. sacerdos 16. q. 6. & cap. ne quis ieiunet de consecrat. dist. 3. Idem iuris est, si ex fine improbandi hoc Ecclesiæ præceptum ieiunare; quia iustissimam legem improbare blasphemum est. At si seculis quolibet malo sine ob fine bonum, & honestum, qualis est, vt facisfacias pro peccatis commissis, vel vt magis dispositus sis ad Deum laudandum ieiunet, culpa mortalis non erit. Quia lex illa prohibens ieiunium dominicale videtur cessasse, quia cessauit hæresis Manichæorum, ad quam exterminandum fuit ieiunium prohibitum. Neque apparet ex quo alio capite illicitum esse possit. An verò sit peccatum veniale; credo esse, si solo die dominico ieiunet; quia tunc vixit superfluous, & singulari cultu præter Ecclesiæ morem; cum enim aliis diebus tibi concessum sit ieiunare, & die dominica interdicitur, hunc ordinem inuerrere nulla rationabili causa vigeat, ad minus peccatum veniale censendum est. Tom. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 37. n. 13. 14. & 15.

7. Secundo infero, si in honorem alicuius Sancti eius festum ieiunare voveas, & festum incidat in die dominica, non fore te supersticiosum, si die dominica ieiunet: quia tunc dominica dies per accidens ad ieiunium habetur, ieiunium autem ieiunare obligatus; quia est de materia licita, neque impedimentum maioris boni propter tamen propria autoritate in diem antecedentem, vel sequentem commutare; quia videtur gratius Deo ob ritum vniuersalis Ecclesiæ die dominica non ieiunantis, ieiunium in alium diem transferri: Sic Sanch. suprad. numero 18.

P V N C T V M I I.

Quid sit Idololatria, & quale peccatum.

S V M M A R I V M.

1. Definitur idololatria.
2. Est maximum peccatum inter ea, quæ virtutibus moralibus opponuntur.
3. Si contingit cum hæresi poena hæretici incurrit, secus si absque hæresi.

1. Idololatria prima, & præcipua species superstitionis est idolorum cultus, quo idola nullam diuinitatem habentia pro veris Dijs honorantur. Generaliter autem quilibet honor diuinus creaturæ attribuitur idololatria est. Dupliciter autem hunc cultum creaturis attribueret potes. Primo credendo in creatura diuinitatem resideret, ob quam diuino honore digna sit, & tunc est idololatria hæreticalis, seu mixta hæresi. Secundo, cognoscendo nullam in creatura inesse diuinitatem, vis tamen ob aliquem specialem respectum honorem Deo debitum illi tribuere. Quomodocumque autem contingat idololatria, siue cum hæresi, siue absque illa, grauissimum est peccatum, & Deo maxime iniuriosum: siquidem eius honorem usurpas, & alteri tribuis: tacite enim vis eius diuinitatem tollere, & creaturæ conferre, quod est summa blasphemia, neque hoc peccatum excusari potest vilo metu, & timores quia est res intrinsecè mala: & in his omnes conueniunt, Sanch. lib. 2. in decal. cap. 37. n. 21. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 11. part. 2. vers. et diuiner, & p. 3. vers. neque obstat.

2. An autem sit maximum peccatum? Breuiter respondeo esse maximum inter ea, quæ virtutibus moralibus opponuntur. At est inferius vitium, quæ Theologicis virtutibus aduertuntur: sic Suarez lib. 2. de superst. cap. 6. num. 15. Notanter dixi idololatriam esse cultum, quo honorem Deo debitum creaturæ exhibes, quia posita exhibitione quantum in te est, concilias creaturæ exultationem Deo debitam: siquidem mala a ia vna conciliatur hæc æstimatione, quam illius cultus exterioris exhibitione. Quocirca non video, quomodo sine voluntate attribuidi creaturæ honorem debitum Deo, idololatria esse possit; tamen si possit esse sine voluntate, vt de facto creatura consequatur illo cultu æstimationem Deo debitam, qualem solent habere Catholici, qui metu mortis signa adorationis idolis exhibent non ex affectu honorandi idolum, & conciliandi ei diuinam æstimationem sed ex affectu fugiendi mortem imminentem, si illa adorationis signa non exhibent: vt latius expendit Suarez tom. 1. de Relig. lib. 2. de superst. toto cap. 4.

3. Quando idololatria contingit cum hæresi, poena hæretici incurrit, si absque hæresi nullam ipso iure contrahit:

DE
CASTRO
PALATI
TOM.
II
CLY

at venis puniendus arbitrio iudicis pro qualitate criminis, ut laudius diximus, cum de penis hæreticorum, & illorum, qui de hæresi suspecti sunt, sermonem fecimus.

PUNCTUM III.

Quid sit diuinatio, quod duplex, & quale peccatum.

SUMMARIUM.

1. Dæmon futura contingentia pendencia à libera voluntate certè cognoscere non potest.
2. Futura à causa naturali necessario proueniencia bene cognoscere potest.
3. Variis modis homines instruant, & occulta docent dæmones.
4. Expenditur definitio diuinationis.
5. Duplex est diuinatio, & vtraque grauissimum peccatum.
6. Quod intelligitur, cum serò medijs illis vanis vteris, quid si ioci causa, ut experiaris, quid casu accidat, raro à mortali excusatur, sed plures contra sentiant.
7. Obseruare somnia, auguria, &c. non ut certa, sed ut contingentia non videtur mortale vna, vel altera vice, secus si frequenter.
8. Non videtur graue peccatum, si cum alio pactum in eas, ut præmoriens superstiti appareat, Deo id concedente, monitorius de sua salute, raro tamen à culpa veniali excusatur.
9. Inuocatio dæmonis tam expressa quam tacita multiplex est pro multiplicitate rerum, quæ ad diuinationem assumuntur.
10. Tacita, & expressa inuocatio non videtur specie differre.
11. At in confessione declarare debes, quomodo diuinaueris.
12. Omnis diuinatio siue tacita, siue expressa ad superstitionem pertinet.
13. Superstitio procedens ex pacto expresso cum dæmone plures malitias habet.

1. **P**ræmittendum est dæmonem futura contingentia à libera voluntate pendencia certè cognoscere non posse, iuxta illud I. c. 41. *Annunciate nobis, quæ futura sunt, & dicemus, quod Dñs estis vos.* Item neque certè cognoscunt cogitationes, & affectiones hominum internas in voluntate residentibus, iuxta illud 2. Paralip. 6. *Tu solum nosti corda hominum.* Verum est hæc certè non cognoscant, probabilissimè tamen ea coniectant. Tum quia causas naturales omnes, & vicinarum perfectissimè norunt. Tum quia norunt hominum affectiones, & naturales eorum inclinationes. Tum quia maxima experientia pollent, & memoria retinet quid ex quo communiatur sequatur. Tum quia sagacissimi sunt, & Deo permittente hominum phantasmata variis viis perturbant.

2. Secundo præmitto futura, quæ à causa naturali necessario proueniunt: optimè dæmones prædicere possunt, quia eorum cognitio non excedit eorum naturam. Idem est de cogitatione presentium, quæ in actum externum prodierunt. Quapropter sciunt secreta consilia, furta, aliaque occulta peccata à voluntate pendencia.

3. Tertio præmitto variis modis dæmones instruere homines posse, & occulta docere. Primò obediendo sensibus vera corpora aliunde asportata, vel à se fabricata, vel saltem obediendo similitudines corporum medijs, quibus responsum reddidit, & homines instruit. Secundo formando in aère aliquam vocem, quæ solum à diuinatore audiat. Tertio imitando phantasmata, sensus exteriores, & his similia: cum enim dæmon æmulator sit diuinæ excellentiæ, & omnes modos, quibus Deus suos seruos instruit, vltimate conatur, ut hæc ratione excellentiam diuinam attingat, & ostendet, & in his omnes Doctores referendi conueniunt.

4. Diuinatio in presenti est futurorum contingentium prædictio modo indebito: Sic D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 1. Azor. 1. *institute moral. lib. 9. cap. 12. q. Va. en. disp. 7. q. 12. p. 1.* Sanch. *lib. 2. in decal. cap. 38. n. 1.* Suar. 1. *de Relig. lib. 2. de superstit. c. 7. n. 1.* & 2. *Lessius lib. 2. de iustit. c. 3. dub. 5. à n. 21.* Notanter dixi, futurorum contingentium, quia in ipsorum prædictioe specialiter diuinatio consistit, tamen ad prædictioem cuiuscumque oculi, quod nulla humana vi cognosci potest, extendatur. Dixi indebitis modis; quia debito modo scilicet ex diuina reuelatione futura prædicere non est diuinatio, sed propheta. Debet ergo prædictio à diuina prouidentia minime ordinatis comparari. Hæc autem alia esse non possunt, præter aurium, dæmoniorumque instructionem. Nam excluso Deo, & Sanctis Angelis non est alius qui occultorum notitiam, & quæ vi naturæ non possunt cognosci, præstare possit. Ergo si ad aliquam à Deo: cuiusque Angelis, notitiam occultorum, procuras, conueniens à dæmone procurare.

5. Dupliciter hæc prædictioem procurare putes, & iuxta illam duplex est diuinatio alia quæ fit inuocatione expressa dæmonis, & hæc verbis, & factis fieri potest. Verbis, si verbis expressis cum inuocet; factis, si facta vsurpes, quibus sic dæmonem responderet. Alia diuinatio, qua procuras occultorum prædictioem tacita dæmonis inuocatione, & hæc contingit, cum vana verba, & facta vsurpes ad illius prædictiois consecutionem. Dicuntur autem vana; quia ex se non valent notitiam illorum effectum præstare: eo quod cum effectibus nullam habeant connexionem: si igitur hæc vsurpes ad aliquos effectus cognoscendos, videtis sanè velle à dæmone notitiam habere: cum enim, vanis verbis, & factis nullus alius nisi dæmon moueri possit ad prædictioem illam concedendam; quia non sunt media apta, quibus Deus, bonisque Angelos moueatur, neque eius bonitate decent, conuincere sanè illa vsurpans velle à dæmone prædictioem illam obtinere, cui hæc vana, & facta complacent. Neque valet dicere te nolle à dæmone edoceri; & cum illo pactum inire, si factum vsurpas, cui nullus alius, nisi dæmon tuus immiscet. Nam facta ipso opem dæmonis imploras, quantumuis verbis contrarium dicas; ut bene dicit Lessius *lib. 2. cap. 43. dub. 8. num. 52.* Sanch. *lib. 2. in decal. cap. 38. num. 4.* Suar. *lib. 2. de superstit. cap. 9. num. 13.* & segg. Bonac. *disp. 3. de primo decal. præcept. quæst. 5. punct. 3. num. 6.* Vnde hæc inuocatio siue expressa, siue tacita grauissimum peccatum est, neque leuitatem materiæ admittit, eius autem malitia in eo sita est, quia hæc expressa, vel tacita inuocatione vis amicitiam cum iniquissimo inire, cuiusque discipulum esse, quod est quoddam genus prodicionis, & apostasiæ. Sic Caietan. 2. 2. q. 95. art. 2. Suar. *lib. 2. de superstit. c. 7. n. 10.* & c. 9. n. 13. & 16. Sanch. *lib. 2. cap. 38. num. 4.* & 5. Lessius *lib. 2. cap. 43. dub. 5. n. 27.*

6. Aduerto tamen supradicta procedere, cum serò medijs illis vanis vteris ad prædictioem occultorum habendam: nam si illis medijs vtrius ioci causa ut experiaris quid casu accidat, quidve tale signum designet, credens totum esse futile, & inane, communitè Doctores existimant neque esse superstitionem, neque excedere culpam venialem. Sic. Valent. 2. 2. *disp. 6. quæst. 12. p. 4.* Deltius *lib. 5. disquisit. mag. cap. 2. quæst. 4.* Sanchez alios referens *lib. 2. cap. 38. num. 20.* Bonacina *disp. 3. de primo decal. præcept. quæst. 5. p. 3. n. 17.* Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 9. n. 1.* & alij apud ipsos. At credo raro à mortali hunc vsum excusari; quia compertum tibi est illa media improporcionata esse ad significandum occultos effectus. Ergo cum tentas videre quid ex illis accidat, quidve significant, tantas experiri, an de facto se dæmō illis immisceat, & consequenter tentas cum dæmone Societatem habere, quod etiam ex ioco videtur graue peccatum.

7. Existimarem autem regulariter solum esse veniale peccatum obseruare vana, vel altera vice, somnia, auguria, aruspicia; sortes, & similia, non ut certa signa futuri euentus, sed ut contingentia; quia certam fidem iis superstitionibus non præstans, non videris perfectè superstitiosus; tamen in periculo verseris. Dixi obseruare somnia, auguria vna, vel altera vice: si enim communitè hæc obseruare, & iuxta illas actiones dirigeres, non dubito te grauius peccaturum, quantumuis dicas illis fidem non habere; quia factis illis denotas credere aliis non ita efficaciter ad illarum normam actiones componetes. Sic Caietan. *in sum. verbo somniorum obseruatio.* Nauar. *sum. cap. 11. n. 33.* & 37. Azor. *lib. 9. cap. 17. fine.* Sanch. *lib. 2. in decal. c. 38. n. 21.* & 22. Suar. *lib. 2. de superstit. c. 13. n. 25.* Bonac. *disp. 3. de primo decal. præcepto. q. 5. p. 3. n. 18.*

Ex quo fit à fortiori te non peccaturum, si abstineas ab aliqua actione non præcepta ob somnium, vel casum aliquem contingentem, quoties dubius es, an somnium, vel casus ille contingens fuerit à diuina prouidentia in signum futuri euentus ordinata; quia tunc videris prudenter operari. At debes fundamentum huius dubitationis habere non futile, & inane, sed firmum: alias saltem venialiter peccabis, sic Suar. *c. 10. n. 6.* Sanch. *lib. 2. cap. 38. n. 21. fine.*

8. Fit secundo te non peccare grauius, si cum alio pactum in eas, ut præmoriens superstiti appareat (Deo id concedente) monitorius de sua salute, quia nihil intendis ope dæmonis cognoscere. At raro à culpa veniali tale pactum excusabitur. Tum ob curiositatem vanam, tum ob periculum deceptionis, quod sæpè in his apparitionibus solet contingere. Quare iure optimo hos curiosos reprehendit. Martin. Deltio *lib. 2. disquisit. mag. q. 16. sect. 7.* Bonac. *disp. 3. de primo decal. præcepto. q. 5. p. 3. in fine.* Sanch. *cap. 48. n. 25.*

9. Rursum inuocatio dæmonis tam expressa, quam tacita multiplex est pro multiplicitate rerum, quæ ad diuinationem assumuntur, de quibus latè Deltius *lib. 4. disquisit. mag. cap. 2. q. 6.* & 7. Breuiter tamen eas enumerant Sanchez *n. 2. b.* Lessius *num. 25.* Suar. *cap. 8. in princ. & cap. 9. num. 5.* Azor. *cap. 12. & segg.* sed quia in specie morali non differunt, superuacaneum duxi ea nominare. Non enim differunt in genere moris diuinare per aquam, per ignem, per astra, per somnia, per sortes, tamen in genere entis decet differentia: sicuti futurum au-

Restat ergo, ut ea possis cognoscere auxilio Dei, vel ope demonis. Deus autem, ut supra dictum est non se immiscet his vanis, futilibus, falsisque regulis Astrologiae. Ergo ope demonis ea cognoscis. Non quia ipse demon ex altiorum aspectu colligit quid homo libere facturus sit, hoc enim est impossibile: sed quia ipse demon, ut artem suam commodet, & discipulos ad se pertrahat in malumque consumet sub regulis Astrologiae futura praedicat, quae tamen ipse, ut sic praedicta succedant, manum apponit. Quare illis regulis utens ac oculata cognoscenda tacite saltem demonis auxilium invocat.

5. Quocirca solum est difficultas; an liceat ex astris hos futuros eventus, & occulta facta praedicere non certo, sed probabiliter tantum. Affirmant Caetan. 2. 2. q. 95. art. 5. paulo post prius prius, *vers. in articulo eodem*, & in fine. Valen. *diff. 6. q. 12. p. 3. vers. am vero*, Martin. Delrio *lib. 4. de iur. mag. cap. 3. q. 1. concl. 2. Toler. lib. 4. sum. c. 15. n. 6.* Et moueri possunt; qui naturaliter vniuersique suam naturalem propensionem, & inclinationem sequitur, sed ad hanc inclinationem alia non leuiter conducunt, Ergo ex illis saltem probabiliter vniuersique facta enunciat possunt.

Dicendum ergo est: ex solis astris haec praenunciare absolute, tamen non certo praenunciatur, est superstitio; quia ex astris humana industria deduci non potest cognitio probabilis horum euentuum. Tum quia non possunt omnia astra concurrentia cognosci, & quae cognoscuntur, imperfectissime cognoscuntur. Tum quia astra non sunt causae immediatae liberorum effectuum, sed ad summum naturalium inclinationum. Tum quia ab astris causis subleuariis eorum influentia sepius impeditur. Tum & praecipue quia contra propriam propensionem, & inclinationem peccatam vniuersique Dei auxilio adiutus procedit. Non ergo ex regulis Astrologiae inuestigari potest cognitio probabilis; aliam non dicitur Ieremias *cap. 19. A signis Caeli nolite timere; quae timent gentes quia leges populorum vanae sunt*: nam si ex astris cognitio probabilis futurorum euentuum haberi posset, neque essent vanae leges populorum, sed prudentes; neque irrationabile, & vanum sed potius prudens illa timere. Cum ergo ex solis astris cognitio probabilis haberi non possit, restat, ut illam habeas ex doctrina demonis, & eius auxilio: cum ex Dei reuelatione clarum sit illam non haberi: Sic valent. 2. 2. *diff. 6. q. 12. part. 3. vers. si autem huiusmodi*, Martin. Delrio *lib. 4. de iur. mag. cap. 2. quaest. 3. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 11. num. 31. Sanchez lib. 2. de decalog. cap. 38. num. 33. Lessius lib. 2. cap. 43. dub. 6. num. 42.*

6. Dixi, si ex solis astris haec praenunciatur probabiliter: nam si solum tenuissima coniectura, & quae inclinationem ab astris impressam non excedit, non videtur superstitio esse, ut supponunt supradicti Doctores; at haec coniectura cum tenuissima sit, non est sufficiens ad iudicium de euentu futuro absolute ferendum. Quod non solum ex astris, sed etiam ex aliis circumstantiis temperaturae hominis, & conditionis, consuetudinis in operando satis nota praenunciatur futuri euentus probabiliter, non videtur superstitio esse: quia non absolute, & infallibiliter praenunciatur, sed sub illa coniectura, & probabilitate, quae in tali complexo causatum videtur contineri. Sic Suar. & Sanchez *supra*.

7. Maior autem dubitatio est: an motu Sixti V. etiam haec praedictio coniecturalis quantumvis tenuissima prohibeatur, non solum pro foro externo, & iudiciali, sed etiam pro foro conscientiae? Affirmat Sanchez *lib. 2. cap. 38. num. 34. Salas 1. 2. q. 9. art. 5. tract. 5. diff. 2. sect. 3. num. 36.* Iacob. de Grassis *lib. 2. suarum. decis. cap. 5. n. 19.* quibus videtur consentire Fatinnac. *de heresi q. 18. n. 59.* Probant; quia Sixtus V. statuit, ut contra facientes iudicia, & natiuitates hominum quibus de futuris contingebis successibus fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid euentuum affirmare audeant, etiam id certo non se affirmare afferant, aut protestentur, & e. inquirant inquisitores, procedant, & in eos seuerius Canonice poenis, & aliis eorum arbitrio animaduerant. Ergo quaecumque affirmatio etiam coniecturalis videtur prohiberi. Deinde quia in supradicto motu excipitur solum cognitio astrorum, quae Agriculturae, navigationi, & rei medicae deferre potest, sed exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Ergo cognitio futurorum euentuum quaecumque sit prohibita est. Neque valet dicere hanc cognitionem Agriculturae, navigationi, & medicinae deferre euentum excipi, quia haec certa haberi potest, futurorum autem euentuum incertissima. Nam etiam pro navigatione, Agriculturae, & medicinae arte incerta est ex astris cognitio. Item hic modus praediciendi futura etiam sub dubio praebet non leuem occasionem deceptionis: putant enim audientes sub illa diuinatione proferri ad dissimulandam malitiam diuinationis, non quia de facto vera non patetur, quae ab ipsis praedicitur.

8. Nihilominus mihi probabilis apparet hanc coniecturalem, dubiam, tenuissimamque praedictionem in supradicto motu proprio non prohiberi quia in ipso motu proprio nulla

Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars 116.

de nouo ferret prohibitio, sed quod iure diuino, & canonico prohibitum erat, denouo prohibetur, ut constat ex toto procedo illius constitutionis, & praecipue ex illis verbis: Nos igitur, qui pro nostri pastoralis officij munere fidei integritatem inuolantam conseruare debemus, & animatum salutem prospicere, quantum diuina gratia adiuuare possumus, ex paternae charitatis visceribus optamus, damnautes, reprobantes, omne genus diuinationum, quae diabolo auctore ad fidelium deceptionem à praedictis curiosis, vel perditis hominibus fieri solent. Ecce quomodo solum perniciosa diuinationem à diabolo inuentam prohibere Pontifex intendit: & tradit optime Caetan. 2. 2. q. 95. art. 5. Valen. *diff. 6. q. 12. p. 1. in fine.* Ergo coniecturalis solum praedictionem futurorum euentuum non intendit Pontifex prohibere; Adde: haec coniecturalis, & dubia praedictio futuri euentus, non est praedictio illius absolute, sed solum est praedictio illius sub quadam tenuissima coniectura contingenti, quod potius est praedictio contingentiae, quam est certus, & ita hanc praedictionem in foro conscientiae licite sentire videtur Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. c. 11. n. 30. Valen. 2. 2. diff. 6. q. 12. p. 1. in fine* & p. 3. col. 3. *vers. si autem*, Martin. Delrio *de iur. mag. lib. 4. cap. 2. q. 3. & cap. 3. q. 1.*

9. Neque obstant contraria. Fateor enim in foro externo puniendos esse Astrologos iudicarios, qui futuros euentus, & res occultas manifestant, tamen si protestentur se non certo ea praedicere; quia saltem tanquam verosimilia, & probabilia manifestant, quod nullo modo fieri potest. Et quia praesumuntur ad occultandam suam malitiam ea forma praenuncianda uti. Quocirca raro à culpa mortali excusari potest quaelibet ex astris coniecturalis praedictio quantumvis dubia; quia nunquam talis praesumitur, sed potius creditur firmitatem habere. Ad confirmationem dico permissam esse Astrologiae artem circa navigationem, medicinam, aliasque res naturales, & prohibitam circa contingentia: at praedictio futuri euentus sub contingentia non videtur praedictio tam futuri contingentis, quam necessarii, cum non tam praedicit euentum, quam illius contingentiam. Adde in supradicto motu proprio permissam esse Astrologiae artem circa temperaturam, inclinationem, & propensionem viuientis, ut expresse notauit Suar. *ditto c. 1. n. 12.* Ergo sola praedictio futuri euentus, vel occulti facti cum maiori certitudine, quam ex astris haberi potest, prohibita est. Ergo non illa tenuissima coniecturalis praedictio, quae potius est inclinationem, & temperatura viuientis, quam ex alio capite colligitur.

10. Ex his inferitur quid dicendum sit de his, quos Zahories vocant: & placet resolutio Sanchez *lib. 2. in decal. cap. 38. n. 37.* esse quidem superstitiosos, si visu corporis dicant se penetrare corpus opacum, quale est terra, & quae ibi sunt abscondita cognoscere, quia cum haec cognitio humana potentia fieri non possit, efficitur ope demonis haberi. At si ex effectibus sensibilibus apparentibus, ut ex aliqua herba, & vaporibus, aut exhalationibus naturaliter thesaurum, vel venam aquae significantibus thesauros vel vena praedicant, superstitiosum non erit, quia non ex mediis improprietatis cognitionem inuestigant, neque aliquid quod humana potentia cognosci non potest praenunciant.

PUNCTUM V.

Quousque diuinitio per somnia licita esse possit.

SUMMARIUM.

1. Expenduntur causa somniorum.
2. Ex somnis temperaturae corporis, illiusque mores, & affectiones coniectare nullum est peccatum.
3. Inuestigare à qua causa somnia pronentiant, an à Deo, vel malo spiritu, an ex dispositione corporis licitum est.
4. Sed nimis est difficile in hac re sententiam ferre.
5. Expenduntur aliqua coniectura somniorum, quae à Deo immittantur.
6. Quoties probabile non est somnium esse à Deo, peccatum graue est ex illa praenotionem futuri euentus, vel alius effectus occulti colligere.
7. Credere aequaliter somno, seu aequaliter ex illo timere aduersum, non videtur graue peccatum.

1. **D**iuus Thom. communiter receptus, 2. 2. q. 95. art. 6. quadruplicem causam somniorum enumerat: duplicem corporalem, duplicem spirituales. Corporales sunt, tum interior, tum exterior: interior, praecipua causa naturalis somniorum est, dispositio, affectioque corporis humani, si enim abundat sanguine laeta somnia contingunt, si abundat spermate, turpia representantur, si atra bilis dominatur, tristitia cogitatur, si bilis flaua viget, pugnae, rixae, & lites se offerunt, si

Bb

phlegma

phlegma redundat, fontes, flumina; imbres, praeaque vi-
 rentia occurrunt; si sibi laborat, se bibere cogitat, si fame, epu-
 las apprehendit: quae omnia late persequitur Gregor. Nyssen.
lib. de hominis officio. cap. 13. lido. lib. 5. sentent. 1. cap. 6.
 Gregor. *lib. 4. Dial. cap. 48.* Exterior causa corporalis somnio-
 rum est corpus circumstant, vel coeli temperies quae aliquan-
 do solet dormientis phantasiam ita immutare, vt ad illius si-
 militudinem somnia succedant. Spirituales vero causa som-
 niorum vna est intrinseca, alia extrinseca. Intrinseca est cogi-
 tatio praecedens in vigilia, & habitus ex ea genitus: causat
 enim in phantasia similes representationes. Nam inquit D. Au-
 gust. *lib. de spiritu. & anima c. 27.* Secundum studia quae
 quisque exercuit somniat, & solitarum artium simulacra in
 praesentia mentis impressa apparent in somnis. Extrinseca enim
 vel est bonus, vel malus spiritus: saepe enim a spiritu bono somnia
 immituntur, non solum piis hominibus, vt Ioseph. Ia-
 cob, Danieli, & aliis, sed etiam sceleratis, vt Pharaoni, & Na-
 buchodonosori: aliquando a malo spiritu causantur: demon enim
 vim habet (Deo sic permitente) humores corporis permutan-
 di & permiscendi: quibus sic permixtis somnia sibi placita im-
 mittit: quibus sic positus:

2. Dico 1. nullum est peccatum ex somnis temperaturas
 corporis, illiusque mores, & affectiones coniectare; quia
 coniectas ex effectibus causas, a quibus naturaliter prouenit:
 sic faciunt medici, vt humorem praedominantem infirmi cog-
 noscant, vt constat ex Hippocrate, *lib. 6. epidemior. & lib. de*
insomniis, & Galeno, *lib. de praesagio ex insomniis*, & *lib. 3.*
de locis male affectis, cap. 4. sic Azor. 1. p. instit. moral. lib. 9.
cap. 17. post princip. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 43. dub. 8.
n. 55. Nauar. sum. cap. 11. n. 33. Sanch. lib. 2. in decal. c. 38.
num. 49. Suar. r. 1. de Relig. lib. 2. de superstitione. cap. 13. num. 6.

3. Dico 2. inuestigare a qua causa somnia proueniant, an
 ex dispositione corporis; an a Deo vel malo spiritu licitum
 est: quia in hac inuestigatione solum intenditur cuiusdam ve-
 ritatis cognitio, quae utilis esse potest ad vitam componen-
 dam, exemplo antiquorum patrum somniorum causas
 inuestigantium id confirmari potest. Sic Percia, *lib. in Dan.*
q. 6. & de Magia, lib. 2. q. 7. Sanch. lib. 2. in decal. c. 38. num. 50.
& 51. Suar. affirmans est omnino cap. 13. num. 6.

4. Dico 3. Discernere a qua causa somnia proueniant, an a
 causa naturali, an a Deo, vel malo spiritu, difficillimum est:
 cum enim a qualibet ex his causis possit prouenire, quis vale-
 bit discernere, a qua somnium proueniat? Suar. *cap. illo num. 7.*
 Valen. *disp. 6. q. 12. part. 3.*

5. Dico 4. Ad coniecturandum an somnia aliquos futu-
 ros euentus significantia a Deo sint, aliqua media desumi pos-
 sunt ex modo somniorum, ex dispositione, quam relinquunt,
 & ex fine ad quem impellunt: si enim somnia inhonesta sint,
 vel ad malum impellant, aut animum turbatum relinquunt,
 tepidum, & indispotum ad virtutem: clarum est a malo spi-
 ritu immiti. At si somnia honesta sint, & promptiorem homi-
 nem reddant ad bene operandum, indicium est a Deo prou-
 enire, non tamen est certum, cum saepe demon in Angelum
 lucis se transigaret, vt facilius postea decipiat. Valen. 2. 2.
disp. 6. q. 12. part. 3. ad finem, Lessius lib. 2. cap. 43. dub. 8.
num. 52. Bonac. disput. 3. de primo decal. precepto. q. 5. p. 3.
*num. 7. Sanch. cap. 38. num. 52. Suarez cap. 13. num. 24. Eue-
 nire autem aliquando effectum, prout in somniis est repre-
 sentatum, indicium non est fuisse a Deo somnium immisum. Tum
 quia casu euenire potuit. Tum quia saepe demon procurat, vt
 sic eueniat, vt facilius possit hominem decipere, iuxta illud
Deuteronom. 13. Etiam si dixerint vobis, & ita euenierit, non
 creditis. Quapropter consilio confessoris, vel viri prudentis
 in hac parte standum est, neque proprio iudicio fidendum, vt
 bene dicit Sanch. *cap. 38. num. 52. Suar. cap. 13. num. 24. Lessius*
cap. 43. dub. 8. num. 51. Si autem confessor, vel vir prudens
 iudicium ferat probabile esse a Deo prouenire, potens illi fi-
 dem habere, & secundum illud operari. Sic Suar. *d. n. 24.*
Sanch. n. 52. Quod si facta inuestigatione adhuc dubium est an
 sint a Deo, reputanda esse a causa naturali, & nullam signifi-
 cationem habere, quod si aliquid significent, timendum est a
 demone immissa esse: quia Deus cum aliqui per somnium si-
 gnificare intendit, solet talibus circumstantiis somnium venire;
 vt somniantem certum reddat de diuisione. Suar. *cap. 13. n. 20.*
*Sanch. num. 51.**

6. Dico 5. Quoties probabile non est, somnium esse a
 Deo, peccatum graue est ex illo praenotionem futuri euentus,
 vel alicuius effectus occulti colligere: Sic tradunt omnes Do-
 ctiores supra relati Suarez *num. 25. Sanchez num. 53. Lessius*
n. 52. Azor. lib. 9. cap. 17. circa finem. Valen. disput. 6. q. 12.
punct. 3. vers. tertio quoad somnia. Ratio est: quia somnium
 non potest effectum illum significare, nisi ex impositione cau-
 sae superioris, scilicet Dei, vel demonis si igitur probabile
 non est a Deo affirmari ad significandum talem effectum, restat,
 vt a demone significationem habeat. Ergo ex tali significatione
 est. Cum praenotari est se disciplinae demonis tubicere.
 Ergo peccatur grauissimè. Hinc fit, grauissimum esse peccatum
 superstitionis, si per somnium proceat praenotionem futuri

euentus, vel effectus occulti, qualiter procurantur gen-
 tiles, se tali fieri, & dispositione ad somnium praeparatis, vt
 sibi occulta reuelarentur: procuras enim a demone instrui,
 tametsi dicas nolle ab eo instrui; sed a Deo, qui factus ipso,
 quod vanum est, demone inuitas: sic Suar. *lib. 2. de super-
 stit. cap. 13. num. 20. Sanch. lib. 2. decal. cap. 38. num. 53. Les-
 sius lib. 2. c. 43. dub. 8. num. 54. Bonac. disp. 3. de primo decal.*
precepto. q. 5. p. 3. num. 6.

7. Dico 6. Credere aequaliter somnio, seu aequaliter ex
 illo timere aduerfum, vel sperare prosperum, non videtur gra-
 ue peccatum, quia cum a Deo possit esse (tametsi regulariter
 non fit) occasio nem praebet alicuius suspitionis. Sic Lessius
num. 53. Sanch. n. 25. Ex quo fit te absque peccato graui posse
 ob somnium habitum aliquando opus facere, vel omittere,
 modo non fit contra aliquod praecipuum: Sic Lessius, & Suar.
*supra, cum Nauar. c. 11. n. 33. Caictan. verbo somnium obser-
 uatio. Dixi aliquando: nam si continuo ex somniis ad operan-
 dum moueretur, a peccato graui non esses exculatus: quod
 tunc conuinceris fidem somniis adhibere maiorem, quam pat-
 est. Sic Lessius, & Suar. *supra.**

PUNCTUM VI.

Quousque diuinatio per sortes licita sit,

SUMMARIUM.

1. Sortes mitri possunt ad aliquid faciendum, vel ad vir-
 tatem occultam cognoscendam. Vnde sortes alia sunt
 diuinatoria, alia consultoria.
2. Sortes diuinatoria licent excepto casu electionis Ecclesia-
 sticae.
3. Enumerantur plures casus, qui dirimi possunt sortibus.
4. Aliquando per accidens illicita sunt haec sortes diuinatoria.
5. Qua ratione in electionibus Ecclesiasticis haec sortes probi-
 bita sint, an iniqua ex iure totum positum an naturalit
6. Quid si duo aequalibus suffragiis eligantur ad beneficium,
 an hac electio sortibus terminari possit? Negatiue
 respondendum est.
7. Qua ratione licet beneficium sortibus dirimi possit.
8. Non est prohibita electio per sortes ad officia civilia, &
 secularia.
9. Electio ad officia, & beneficia Ecclesiastica per sortes fa-
 cta, an sit inualida? Sub distinctione respondetur.
10. Sortes consultoria licita sunt, si debito modo fiant.
11. Expenduntur conditiones necessariae ad eorum honestatem.
12. Sortes diuinatoriae semper sunt illicitae.
13. In his sortibus diuinatoriis plura solent crimina misceri.

1. AD duplicem finem sortes mitri possunt, vel ad ali-
 quid faciendum, vel ad virtutem occultam cognos-
 cendam. Ex quo duplici fine sortes distinguuntur. Aliae vocan-
 tur diuinatoriae, aliae consultoriae. Quae ad aliquid faciendum di-
 riguntur: quia illis positus ius indiuisum, & ambiguum multi-
 pliciter competens diuiditur, & vni illorum applicatur. Consulto-
 riae, seu diuinatoriae sortes sunt i quibus Dei vel demonis vo-
 luntas exquiritur, vt quid faciendum sit manifestet. Si Dei
 voluntas exquiratur, consultoriae sortes dicuntur; si autem
 demonis, diuinatoriae sortes appellantur. Quapropter triplices
 sortes Doctores distinguunt, diuinatorias, consultorias, & diuina-
 torias: Sic D. Thom. ab omnibus receptus. 2. 2. q. 95. art. 8.

2. Dico 1. Sortes diuinatoriae per se licitae esse excepto casu
 electionis Ecclesiasticae sic post alios antiquiores docent
 Azor. 1. part. instit. moral. lib. 9. cap. 21. q. 10. Suar. de Relig. lib. 2.
 de superstitione. c. 13. n. 3. Sanch. lib. 2. in decal. c. 38. n. 58. Lessius
 lib. 2. de iustit. cap. 43. dub. 9. num. 58. Bonac. disp. 2. de primo
 decal. precepto, quae. 5. punct. 2. num. 12. Ratio est: quia
 huiusmodi sortes non allumuntur ad inuestigandum aliquid
 occultum, sed vt quis beneficium consequatur, quod multi
 habere non possunt. Hoc autem per se licitum est, & saepe
 conueniens ad lites diuindandas. Debet tamen fieri ab eo, qui
 potestatem habet beneficium concedendi; quia fors non con-
 cedit beneficium, sed voluntas sortem mittens illud concedit
 posita illa sortis contingentis conditione.

3. Hinc fit licitum esse controuersiam alicuius hereditatis,
 legati, & similis sorte dirimi ex mutuo litigantium consensu;
 quia est quidam contractus aequalis, in quo vniquisque
 credit inri pretenso, si fors alteri contigerit, 2. fit ex volun-
 tate iudicis hanc controuersiam dirimi posse; tametsi litigan-
 tae teneant, dummodo hereditas, vel legatum diuidi non
 possit, neque appareat quis vincat in iure: probat Textus in
 leg. si duobus, Cod. communia delegatis, ibi: facinus in
 huiusmodi casibus; rei iudicem fortunam esse, & sortem in-
 ter altereant adhibendam, vt quem totis pretererit, is qui-
 dem habeat potestatem eligendi: Et leg. si cum amico, ff. de in-
 ditijs, & alijs Suar. *rem. 1. de Relig. lib. 2. de superstitione. c. 13. n. 4.*
Sanch, lib. 1. in decal. c. 38. n. 57. Ratio est quia iudex ex officio
 compellitur

compellere potest, ut in illo contractu consentiant, siquidem alia via non suppetit ad controuersiam dirimendam. Tertio sic licet fortibus elemosynam vni ex pauperibus applicandam determinare, cui applicanda sit. Sanchez lib. 2. cap. 38. n. 59. Suarez n. 17. Bonac. disp. 3. quest. 5. p. 3. n. 12. Azor. lib. 9. cap. 23. q. vltima, estque expressa sententia Augusti. lib. 1. de doct. Christ. cap. 28. quia nulli pauperum sit iniuria, cum tale ius omnibus concedatur, si quidem singulis eorum concessit potestas integrè elemosynam accipiendi. Quarto fit tempore persecutionis, & pestis forte dirimi posse, quis religiosus, vel medicus corporibus, animabusque curandis attendere debeat, quòve recedere possit: sic D. August. epist. 180. Bonac. Suar. Sanch. Azor. suprad. Lessius cap. 43. dub. 9. num. 58. Idem est, si fortes mitterentur quisnam esset ad Indos irenis Suar. & Sanch. suprad. Quinto fit tempore tempestatis si necessum sit aliquos in mare proici, ne omnes pereant, licitum esse inter se fortibus determinare, quinam sint prociendi: quia hac via sperat vnusquisque salutem consequi, aliàs miserè periretur; quod si ipsi inter se non consentiant, poterit dux nauis hanc sortitionem facere, quia in ea periculum omnium vitare intendit aliquorum ruina, quod communi bono expedit: Sic Martin. Delrio lib. 3. disputat. mag. cap. 4. quest. 1. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 38. n. 62. Bonac. q. 5. p. 5. n. 12. Sexto fit cum plures digni sunt morte, neque expedit omnes punire, licitum, & conueniens est forte determinare quinam sint necandi: quia in hac sortitione nemini fit iniuria, sed potius singulis fit fauor, quatenus spes datur euadendi mortem promeritam: Sic Sanch. n. 60. Lessius num. 58. Bonac. num. 12.

4. Dixi in conclusione fortes diuisiones per se licitas esse; quia per accidens, & ex circumstantiis adiunctis aliquando sunt illicitæ. Primò sunt illicitæ ex parte intentionis, si ab altris spes feliciter euenturam quia tunc magis suspensioe committitur cum expressa, vel saltem tacita demonis inuocatione: cum enim alia nullum influxum habere possit in fortem: efficitur te velle fortem à demone prouenire, sic Th. 2. 2. q. 65. art. 8. Martin. Delrio lib. 4. disputat. mag. cap. 4. q. 1. Sanch. lib. 2. c. 38. n. 64. Suar. lib. 2. de superstit. cap. 12. n. 16. Idem à fortiori est, si ope demonis speras fortem euenturam, vel quia ipse promisit, vel quia illum inuocas: sic suprad. disti. De Fortes. Si tamen euentus à fortuna spectetur, morte gentitico diuinam prouidentiam excludente grauissimum est peccatum. At si à fortuna diuinae prouidentie subiecta euentus spectetur, erit veniale peccatum, si absque via necessitate fiat; quia non deest absque rationabili causa hominem rationis compotem se fortunæ submittere. At si rationabili causa intercedat, qualis esse potest honesta recreatio, & luerum ad honestum finem directum nulla videtur culpa: Suar. d. cap. 12. n. 16. Sanch. cap. 38. n. 65. Secundò ex parte materis, si fortis sit super re aliena, & de qua disponere non potes; quia est iniustitia. Item si fortes mittantur ad officia inter dignos, & indignos, digni sit iniuria: quod si omnes sint digni, equaliter, nulla erit iniustitia forte determinate, quibus officia sint conferenda. Si tamen sint aliqui digniores, tunc esset culpa determinate fortibus electionem si dignior necessitò sit preferendus, Sanch. n. 67. Tertio sunt illicitæ, ut si fraudibus vitans in sortitione; tunc enim contra iniustitiam peccas, neque potes se obtentum retinere: cessat enim equalitas in contractu, & consequenter voluntas contrahendi. Quis propter se ope demonis, vel alia via speciali fecisti tibi fortem euenturam, restituere debes quidquid fueris consecutus Sanch. disti. c. 38. num. 64. Quarto sunt illicitæ fortes, si libris Evangeliorum, aut rebus sacris vitatis in his fortibus mittendis; quia non sunt ad hunc vltimò destinata: sic Suarez n. 16. Sanchez n. 69. Bonacina num. 12. Delrio lib. 4. disputat. mag. c. 4. q. 1. Subdunt tamen Sanchez, Delrio, Bonac. & bene non esse mortale, nisi in aliquo casu magna aliqua irreuerentia intercederet.

5. Insuper dixi fortes licitas esse excepto casu electionis Ecclesiasticæ: nam in electionibus Ecclesiasticis prohibitus est sortium vltus, cap. de Prelesta fortilegii: ibi enim dicitur esse multum reprehensione dignum, quod fors in talibus interueniat, & in fine subiungitur fortis vltus in electionibus perpetua prohibitione damnatus. Ex quibus verbis satis colligitur omnem electionem tam ad beneficium, quam officium Ecclesiasticum sortibus factam prohiberi. Tum quia est facta prohibitio verbis generalibus. Tum quia in suprad. cap. reprobatu electio compromissarij fortibus facta. Quæ videtur esse minima inter Ecclesiasticas electiones. Tum quia hæc electio ideo prohibetur; quia per ipsam committitur compromissarij electio potestas, & iurisdicção eligendi ad beneficium. Ergo signum est omnem electionem, per quam iurisdicção confertur etiam ad vnicum actum, si fortibus fiat esse prohibitam, & ita tenet plures alios referens Suarez lib. 2. de superstit. cap. 12. num. 5. Sanchez lib. 2. in decal. cap. 38. num. 71. c. 72. Sed an hæc prohibitio sit solum iure Ecclesiastico, an naturali comunis sententia tenet solo iure Ecclesiastico esse expressè Valen. 2. 2. disp. 6. q. 12. p. 7. verè ex eodem cap. Sanchez lib. 2. cap. 38. n. 82. Suarez lib. 1. de superstit. c. 12. n. 3. Ferd. à Castro. Sum. Mor. Pars 111.

Ratio est; quia nulla inuenitur deformitas aduersus ius naturale, si controuersia in rebus Ecclesiasticis, sicut & in ciuilibus forte dirimatur. Neque enim ius naturale vllam in hac parte facit distinctionem. Sed obicitur Textum in cap. Ecclesiastica de fortilegii, dicentem reprehensione esse dignum, quod fors in talibus interueniat. Ex quibus verbis inferitur ante illum textum vltus sortium prohibitum esse; aliàs non esse reprehensione dignum, qui illis vteretur, sed nullum appareat antiquius ius potius sortium vltus in electionibus interdicens. Ergo signum est iure naturali prohiberi. Quod si dicas prohiberi tacite vltus sortium in cap. quia propter, de electione: vbi omnis alia forma eligendi prohibetur, & annullatur præter ibi præscriptam. Et cum ea quæ sit per fortes præscripta non sit efficiens sanè hanc esse prohibitam. Obstat huic solutioni manifesta ratio. Tum quia ille textus non loquitur de omni electione, sed de electione Episcoporum, & aliorum prælatorum iurisdictionem Ecclesiasticam ad causas ciuiles, & criminales habentium. Ergo electio compromissarij sortibus facta nõ est ad aduersus prohibitionem dicta cap. quia propter. Ergo non erat multa reprehensione dignus, qui illis fuit vltus, si aduersus ius naturale non processisset. Respondeo ideo vltus sortibus in compromissarij electione esse reprehensione dignum: quia nouum vltus eligendi ad Episcopalem dignitatem in Ecclesia introducebat: non quia in suprad. ad cap. quia propter, fuerit interdictus, solum enim interdicta fuit, & annullata electio Episcopalem dignitatem, quæ non fuerit facta à maiori parte capituli, per vota secretæ, vel quæ non fuerit facta ab iis quibus capitulum commiserit potestatem eligendi. Quod autem hæc commissio sortibus fiat in illo cap. non videtur prohibitum, & expressè docet Sanch. lib. 2. cap. 38. num. 83. in fine, contrarius iis quæ in numero antecedenti dixerat. At erat reprehensione dignus, qui illis vtebatur in hac compromissarij electione, quia nouum vltus, tamen vltusque tunc non prohibitum eligendi introducebat.

6. Sed inquires an supradicta prohibitio locum habeat, cum duo equalibus suffragiis eliguntur ad beneficium, vel officium Ecclesiasticum? Videtur enim tunc posse electionem sortibus terminari. Tum quia non suppetit aliud remedium aptius, cum eligentes in vnum non consentiant. Tum quia cessat periculum eligendi indignum, quæ fuit causa supradictæ prohibitionis, cum iam illi digni fuerint declarati. Tum quia fortes in tali casu non assumuntur ad electionem, quia hæc iam est facta, sed assumuntur ad illius determinationem. Tum quia in pluribus congregationibus est recepta consuetudo eligendi ad officia aliquos, non vt omnes officii fungantur, sed vt inter illos fortes mittantur, quinam officium retinere debent. Ergo hæc electionis determinatio sortibus facta licita est. Sic Glossa 26. quest. 2. in summa verbo fortes. At omnino tenendum est prohibitionem ad supradictum casum extendi: sic post alios antiquiores, quos allegant, docet Sanchez lib. 2. cap. 38. numer. 74. Suar. lib. 2. de superstit. cap. 12. numer. 7. Ratio est manifesta; quia dum suffragia equalia sunt, nullus dici potest esse ad beneficium legitime electus; quia debebat esse electus à maiore parte Capituli. Ergo cum Capitulum consentit, vt beneficium obtineat, & omnibus præferatur cui fors contigerit, iam medijs sortibus facit electionem. At in suprad. cap. fin. de fortilegii prohibetur omnis electio sortibus facta. Ergo etiam hæc determinatio electionis, quæ vera electio est prohibetur. Neque obstant rationes contrariæ. Ad primam nego non suppetere aliud remedium. Remedium enim proprium est, vt superior electores compellat, vt intra certum tempus se conformet, sin minus electionem ad se aduocet; vt tradit Glossa cap. duobus. penul. de rescript. in 6. verbo reuertantur. Ad secundam admitto cessare in illo casu periculum eligendi indignum; sed quia non cessat in genere, ea de causa non cessat prohibitio. Adde quousque à maiore parte Capituli quis electus fuerit non est declaratus dignus. Ad tertium nego non assumi fortes ad electionem, nam illa determinatio est vera electio; cum per illam beneficium conferri intencetur à maiore parte Capituli. Ad vltimum dico, si talis vltus in aliqua Cõgregatione sit circa officia iurisdictionem Ecclesiasticam habentia præsumendum esse virtute alieuius privilegij à sede Apostolica haberi, vel esse vltus circa officia nullam administrationem, iurisdictionemve Ecclesiasticam habentia. Aliàs illicita erat electio, quia verè illa determinatio electio est, & in generali prohibitione videtur comprehensa.

7. Secundò inquires an prohibitum sit fortibus litem beneficiale diremere. Plures pro & contra referunt Sanch. lib. 2. decal. cap. 38. num. 77. c. 73. c. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 12. num. 11. Eorum tamen sententia mihi probatur. Primò enim dicendum est, vltus sortis ad componendam litem in causis beneficijs prohibuit non esse; quia solum in electionibus sunt fortes prohibite. At qui cedit liti, si fors sibi non contigerit, non eligit ad beneficium sed desinit impedire eum qui cum illo est electus. Ergo licet, item ille cui fors fauet non accipit ex colligante ius alieui.

quod ad beneficium; quia non est in potestate colligantis ius beneficiale in alium propria auctoritate transferre. Ergo cessio litis non est propria electio. Ergo fieri potest absque prohibitione dicti cap. *fin. de sortilegiis*. Secundo dico non posse hanc sortitionem fieri propria auctoritate colligantium quin in hac sortitione pactum, & obligatio cedendi liti interueniat. Sed omne pactum propria auctoritate colligantium, quo via paratur ad beneficium simoniacum est, cap. *fin. de pactis. & cap. quam pio 1. q. 1. Ergo Tertio dico necessario auctoritate iudicis hanc sortitionem faciendam esse, tum ob vitandum pactum simoniacum, tum ut possit beneficium accipere, cui fors contingit, quia illud accipere non potest ex iure a colligante, translatum, sed ex iure quod iudex concedit posita colligantis cessione. Nec valet dicere illud accipere ex iure ante habito, quod impediatur a colligante; quia ius ante habitum non erat omnino certum, & indubitatum, ut suppono: aliis esset manifesta iniuria impedire, sed erat ius dubium, & incertum. Ergo ex vi illius non poterat beneficium accipere. Debet ergo tale ius firmari; quod priuata auctoritate fieri non potest, sed auctoritate iudicis. Secus verò est in aliis rebus temporalibus, quæ ex voluntate colligantium transferri adiuuicem possunt. Et in his conueniunt Suar. & Sanch. *supra*.*

8. Tertio inquires; an electio per sortes ad officia ciuilia, & secularia prohibita sit? Ratio dubitandi est; quia licet Textus in cap. *Ecclesia, de sortilegiis* loquatur specialiter de electione compromissarij potens eligere Prælatus. At in fine generaliter dicitur sortis usum in electionibus perpetua prohibitione damnatum. Ergo non solum electio Ecclesiastica, sed etiam secularis prohibita censetur. Adde in electionibus secularibus, si per sortes fiat, idem esse periculum eligendi indignum, vel minus dignum, digno, vel digniori prætermisso. Quæ videtur fuisse ratio in Ecclesiasticis electionibus sortes prohibendi. Nihilominus communis est omnium sententia, solum electionem Ecclesiasticam sortibus prohiberi; quia *textus in c. Ecclesia, de sortilegiis* notanter dixit reprehensione dignum esse, quod fors in talibus interueniat, id est in iis, quæ ad Ecclesiam pertinent. Et licet in fine, cap. generaliter fuerit textus loquutus de electionibus, semper intelligendus est iuxta materiam subiectam. Neque obstat in electionibus secularibus idem esse periculum, quia hoc solum probat posse fieri prohibitionem, non tamen esse factam, & ita tradit eum D. Thom. 2. 2. *quæst. 95. artic. 3. & Caietan. dub. 1. Archidiacon. 26. quæst. 2. cap. 1. num. 1. Abbate num. 3. Hostiens. Cardin. Bella Mera, Antonin. & alius pluribus, quos refert Sanch. lib. 2. in *decal. cap. 38. numer. 58. Azor. cap. 21. quæst. unica, Suar. tom. 1. de *Relig. lib. 2. de superstitione. cap. 12. num. 15. Tolet. lib. 4. sum. cap. 15. n. ult. Martin. Delrio, lib. 4. disquisitionis. mag. cap. 4. quæst. 1. Bonacin. diffus. 3. de primo decal. præcep. quæst. 5. p. 3. num. 12.***

Quarto inquires; an electio ad officia, & beneficia Ecclesiastica facta per sortes non solum illicita sit, sed nulla? Affirmat nullam esse Panormit. *dicto cap. Ecclesia de sortilegiis, num. 5.* Primum; quia est facta contra decisionem illius cap. secundò, quia est facta contra formam cap. *quia propter de electione*, ubi electio aliter facta, quam ibi prescribitur, non valet. Dicendum tamen est, si sortibus eligatur Prælatus alicuius Ecclesie habens iurisdictionem tam in criminalibus, quam ciuilibus nulla est electio; quia non seruatur in ea forma præscripta in *dicto cap. quia propter*, & in hoc omnes conueniant. At si sortibus eligatur compromissarij, qui hunc prælatum nominent, & designent, valida est tam electio compromissarij, quam Prælati nominatio. Quod autem compromissarij electio valeat probat Textus in cap. *Ecclesia, de sortilegiis*: ubi Pontifex ex gratia, & fauore confirmat electionem sic factam, cum potuerit illam cassare, non tamen denuo confert. Item in illo textu nullum est verbum indicans nullam esse ralem electionem. Ex cap. autem *quia propter* non habetur electionem compromissarij sortibus factam esse nullam; quia de tali electione non loquebatur textus, sed de modo eligendi ipsum prælatum: imo potius ibi supponitur posse prælatum eligi per compromissarios, quod verò compromissarij suffragiis, vel sortibus electi sunt, non deciditur. Ergo electio compromissarij sortibus facta nullibi annullatur. Ergo neque annullatur nominatio compromissarij: sic Glossa in *dicto cap. Ecclesia*, verbo *ad gratiam*, Suar. lib. 2. de *superstitione. cap. 22. n. 9. & 10. Sanch. lib. 2. cap. 38. num. 83.* Quod si electio ad officia, vel beneficia Ecclesiastica præter prælationem sortibus fiat, valida est: sic Suar. *supra*, & Sanch. plures referens n. 84. quia nullibi inuenitur annullata talis electio. Nam in cap. *quia propter, de electione* solum est sermo de electione prælati iurisdictionem habentis, ut constat ex ipso textu. Et hæc de sortibus diuinitatis.

10. Verum si de sortibus consultorij loquamur, dicendum est per se licitas esse, si debito modo fiant, hoc est si fiant necessitate vigente, & cum debita reuerentia, specialique Dei iustitiam. Quia his conditionibus positis nulla apparet in sortibus malitia, sed potius religionis actus respiciendæ, vt

probari satis potest exemplis tum veteris, tum noui Testamenti, specialiter ex illo factò *Iosue 7.* qui sortem misit ad cognoscendum malefactorem occultum, & ex factò Apostolorum *Act. 1.* qui ad eligendum Sanctum Mathiam Ioseph Iude sortem miserunt, & suffragatur ratio; quia in tali casu licitum est explorare diuinam voluntatem, vt aliquo signo quid sit agendum manifestet. At cum non appareat aliud signum aptius, quam sortes, sortibus creditur diuinam voluntatem manifestandam esse, iuxta illud *Proverb. 16. Sortes mittuntur in sinum; sed a domino temperantur.* sic ex omnium sententia tradit Suar. lib. 2. de *superstitione. cap. 12. num. 18. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 38. n. 85. Lessius lib. 2. de iustitia. cap. 3. dub. 9. n. 60. Bonacin. diffus. 3. de primo decal. præcepto. q. 5. p. 3. n. 12.*

11. Tres condiciones apponit, vt sortes consultoria licite sint, quasque supradicti doctores Sanch. Suar. Lessius, Bonac. & alij approbant. Ex quibus constat raro sortes licite posse; quia raro hæc condiciones adunt. Prima & præcipua vt necessitate vigente fiant: nam si alia via inuestigari diuina voluntas potest, imprudenter quis sortibus vtatur, & Deus in tali casu tentat, & periculo se exponit, vt à demone decipiatur. Quapropter talis usus ab August. *epist. 119. c. 20. reprehenditur*, & à Leone I. V. relato in *c. fores 26. q. 5. sub anathemate prohibetur*. Sortes (inquit) quibus cuncta vos vestris discriminatis prouincis, quas partes damnauerunt, nihil aliud quam diuinationes, maleficia esse decernimus. Quamobrem volumus illas omnino damnari, & inter Christianos vitra volumus nominari, & ne exerceantur, anathematis interdictione prohibemus. Necessitas autem est, quando alia via subueniri non potest graui alicuius spirituali, vel temporalis necessitati, aut quando Ecclesia iude magnum est momentum habitura: sic Syluest. verbo *superstitione. q. 4. Margarita confessor. in primo præcepto sol. 58. Sanch. cap. 38. num. 85.* Secunda conditio, vt sortes consultoria licite, est, vt cum debita reuerentia ad Deum mittantur: cum enim illis sortibus diuina exploratur voluntas, opus est, vt cum magna reuerentia fiat, & præmissa oratione, vt dixit D. Thom. *q. 95. art. 8. Suar. dicto cap. 12. n. 5.* Defectus huius conditionis regulariter est solum venialis culpa, nisi magna adit irreuerentia Bonac. *dict. p. 3. n. 14.* At idem est, ne in his sortibus mittendis factis rebus vitari ad res temporales, hæræque captanda, quia est quedam reus sacrarum profanatio, Sanch. n. 85. Bonac. n. 14. & alij apud ipsos. Aduerto tunc etiam debere primam conditionem necessitatis ac proinde ex hac parte consultoria sortem esse illicitam. Tertia conditio est, vt specialem Dei habeat institutum: hæc enim conditio necessaria est, si velis, vt Deus aliquo sensibili signo diuinam voluntatem sortibus manifestet. At si solum intendas, vt Deus per specialem suam prouidentiam fortes feliciter dirigat, necessarius non est tunc diuinus institutus, sed sufficit fiducia magna, quam in diuina bonitate habere potes de talium fortium ditione posita necessitate, & negotij honestate Suar. *dicto c. 12. n. 6. Sanch. c. 38. n. 87.*

12. Tandem si de sortibus diuinatorijs loquamur, hæc semper sunt illicitæ, vt pote superstitionem continent. Sortes enim neque causant effectum futurum, neque illum esse significare possunt. Ergo si aliquando illum significant, id habent ex alicuius dispositione. Deus autem hæc significacionem illis non dedit. Tum quia Deus non est vanus iurificet. Tum quia sæpe aliter res eueniunt, quam sortibus significatur. Restat ergo, vt à demone hæc habeant significacionem. Ergo qui illam ex sortibus inuestigat, se disciplinae demoni subiicit: sic D. Thom. receptus ab omnibus 2. 2. *q. 85. art. 8. & constat ex cap. si quis Episcopus, & cap. non licet, & aliis pluribus; 2. 2. q. 5. & plunibus exornat Suar. dicto c. 12. n. 2. 8.*

13. Aduerto tamen in his sortibus diuinatorijs sæpe iniustitiam, aliisque grauius crimina præter superstitionem misceri. Si enim fortes mittas ad cognicionem alicuius occulti criminosis, iniustitiam committis, tum inquirendo delictum medio ita improporcionado, & fallacium ob maximum periculum, quod fors in innocentem cadat, quia cum demone magis apparet damnatum iustus, quam peccatoribus inferre, credi potest delictum peccatoribus innocentibus applicaturum: sic Suar. *dicto c. 12. n. 29. Sanch. c. 38. in fine.*

P V N C T V M VII.

Quousque diuinitio ex elementis, ex animalibus, ex dispositione proprij corporis, aliisque rebus licita esse possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Qui effectus naturales ex his absque superstitione prædicti possunt.
- 2 Ex supradictis coniectari in genere possunt bella, rixationes non ceræ, sed quædam tenuissima probabilitate.

3. Effectum contingenter predicere ex his absque speciali Dei favore grauisimum peccatum est superstitionis.
4. Ex manuum lines, ex physionomia capitis bonam, vel malam coniectari fortunam graue est peccatum.
5. Idem est si eam coniectes ex fortuitis euentibus, tum animalium, tum hominum.
6. Aliquos dies in felices reputare, alios felices superstitionis est.

1. Ex varia elementorum mutatione, ex frequenti animalium cantu, volatu, motu, ex proprio corporis habitu, & dispositione, effectus naturales, vt pluuia, imbres, serenitates, & similia praedici probabiliter possunt; quia ex his signis praedicitur causa naturalis horum effectuum. Item ex physionomia cuiusque coniectari aliquo modo potest eius temperies, naturales animi affectiones, bona, vel mala consequendo. Quia coniectatur causa communis illorum effectuum. Neque in hac praedictione aliqua superstitione inuenitur; tamen certius quam par est, hi effectus praediciuntur, sed erit quaedam imprudentia, & error in philosophia naturali committitur: sic communiter doctores cum D. Tom. 1. 2. q. 95. art. 7. Azot. tom. 1. instit. moral. lib. 9. cap. 14. 15. & 16. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 43. dub. 7. n. 45. Bonac. de primo decal. praepro. disp. 3. q. 5. p. 3. n. 11. Sanchez lib. 1. in decal. c. 38. n. 38. & 44.

2. Ex supradictis etiam signis coniectari in genere possunt bella, rixae, & contentiones inter homines futura non certo, sed quadam tenuissima probabilitate; quia cum communiter homines inclinationes sequantur, & ex illis signis colligatur causa ad hos effectus inclinans, praedici possunt probabiliter tales effectus; sic Caetan. 2. 2. quae. 95. art. 7. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 10. p. 1. ver. similitur possunt. Sanchez lib. 2. c. 38. n. 38. Bonac. n. 11.

3. Verum quoribus tibi probabiliter saltem non constat aliqua ex superioribus signis assumpta esse a Deo ad aliquem effectum contingenter praesigandum, si ex illis talem effectum praenuncias, grauisimum peccatum superstitionis committis. Tum quia te committis a daemone edocendum, tum quia eius auxilium imploras, vt vera efficiat, quae doces. Nam cum illa signa ex se tales effectus non significant; eo quod neque sunt illorum cause, neque ab aliqua causa communi proueniunt, restat, vt signa sint ex alicuius superioris ditione. Hic autem non est Deus; quia non se vanis immiscet. Tum quia saepe haec signa fallacia sunt. Ergo fatendum est daemone esse, a quo illa signa effectus contingentes significare possunt. Ergo ex illis talia praedecere, est se discipulum daemone proficere. Est ergo grauisimum peccatum: sic D. Thom. receptus ab omnibus 2. 2. q. 95. art. 7. & expresse tradit Lessius, Sanchez, Bonac. Valen. supra. Neque obstat Ioseph. Genes. 44. se coram fratribus laudans, quod non fuerit similis eis in augurandi scientia: si igitur augurium illicitum est, non se de illo laudaret Ioseph sanctissimus. Non inquam obstat; quia non de augurio illicito, sed licito se laudabat, scilicet de propheta; eaque de causa dixit: an ignoratis, quod non fuerit similis mei in augurandi scientia, quasi diceret, alij augures, & diuinatores; quia ope daemone futura diuinant; fallaces sunt, neque omnia cognoscunt. Ego vero diuino fido auxilio eiusque ope futura praedico. Quapropter nullus in augurandi scientia mihi similis est.

4. Ex his infero, grauitate peccatum, si ex manuum lineis, ex physionomia capitis bonam, vel malam fortunam coniectes, esse inquam diuitem, vel pauperem, religiosum: vel saecularem, sacerdotem, vel laicum, solum, vel matrimonio alligatum, &c. quia illa signa cause esse non possunt illorum effectuum, neque in illis signis tales effectus praedici possunt, nisi ex doctrina daemone; sic Nauar. sum. cap. 11. num. 31. Sanchez lib. 2. cap. 37. num. 47. Simanc. de catholice institut. tit. 21. num. 18. Vnde si seruo de bona, vel mala fortuna ab Aegyptiaca interrogas, non est dubium ob rationem dictam te peccatum mortaliter. At si non seruo, sed ioci causa, & ob vanum finem curiositatis absque periculo ei fidem adhibendi interrogas (vt regulariter fit) peccatum solum erit veniale: sic Nauar. & Sanchez, supra, & Bonac. disp. 3. de primo decal. praepro. quae. 5. p. 3. n. 11. Quod si obiciat illud Iob. 37. Qui in manu omnium signatur, vt nomen in singuli opera sua, quibus verbis indicare videtur Deum in manu cuiusque bonam, vel malam fortunam signasse. Facile respondetur, neque enim hunc sentum illa verba faciunt: quia Iob illis verbis solum significare intendit nutu Dei, eiusque providentia tantum nius, imbricium, & prunae descendere, vt vnusquisque manum habeat ita torpentem, vt sit quasi quodam sigillo obfignata, & causa non valens officio proprio fungi. Ex quo singuli possunt cognoscere quam inepti sint ad sua propria opera facienda, quantumque a Deo ipso pendent; eaque de causa 70. transferunt, claudit Deus in manus cuiusque, vt sciat imbecillitatem suam. Vide nostrum Pinedam in hunc locum, Less. lib. 2. 43. dubio 7. sine. Azot. v. p. instit. moral. lib. 9. c. 16. Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars III.

5. Secundo infero ex fortuitis euentibus, tum animalium tum hominum bonam, vel malam fortunam coniectare superstitionis est; quia tacite daemone creditur, & eius auxilium imploratur: sic Azot. lib. 6. instit. moral. c. 22. q. 9. Sanchez lib. 2. cap. 37. num. 42. Vnde coniectare felicem aut infelicem euentum ex contingenti animalis: vel finis occurrus ex ruptione corrigiae, ex sterminatione, ex repentino casu cum domo egreditur, ex offensione casus, aut lapidis, aliisque similibus superstitionis est. Saepè tamen à mortali excusatur haec obseruantia, tum ob ignorantiam, & bonam fidem; tum ob dubium, an sint à causa naturali, vel à Deo, vel à daemone praesigium futuri euentus. Lessius lib. 2. c. 33. dub. 10. n. 66.

6. Tertio infero vanum, & superstitionis esse diem Martis, & Venetis infelices reputare, & alios felices, & ob eandem causam nolle opus aliquod aggredi illis diebus, quos iudicas infelices, quia tacite consentis in fortuitos euentus efficaciam habere caeli motum; sic D. Tom. 2. 2. q. 96. art. 3. in corp. & constat ex cap. non obseruatis 26. q. 7. Excusabitur autem à mortali, si ex quodam timore dies obserues, nec audeas opus tunc incipere; non quia credas certo infaustum futurum, sed quia times: sic Sanchez lib. 2. in decal. c. 40. n. 15. affirmans se communicare contingere esseque solum veniale.

PUNCTVM VIII.

Quid sit vana obseruatio, quotuplex, & quale peccatum.

SVMMARIVM.

1. Explicatur, in quo obseruantia vana seu magia constat.
2. Haec semper habet tacitum cum daemone pactum.
3. Est grauisimum peccatum, neque excusatur ex renuntiatione expressa illius.
4. Ex ignorantia esse potest aliquando veniale peccatum.
5. Hoc peccatum magia alia plura secum trahit.
6. Triplex est magia iuxta triplex genus effectuum, qui per magiam procurari possunt.

1. Tertiam superstitionis speciem enumerauimus obseruantiam vanam, quae in eo consistit, vt ex mediis inutilibus ad effectum, effectum speres. Nam cum tunc non habeas fundamentum ad illum sperandum ex diuina virtute, sequitur ex tacito daemone pacto illud sperari. Differt haec vana obseruantia à diuinatione, quod diuinatione sit in cognitione alicuius occulti effectus, at obseruantia tendit ad opus, verbi gratia ad aliquod bonum sibi, vel alteri comparandum, quaeque vocatur magia communi, & vltimo vocabulo. Si autem assumatur media ad inferendum alteri damnum vocatur maleficium.

2. Vana obseruantia, seu magia semper habet tacitum cum daemone pactum: quia vtriusque mediis, quae solum ope daemone efficaciam habere possunt, vnde assumens illa tacite opem daemone implorat: aliquando cum expresso pacto cum daemone haec magia contingit.

3. Quomodoque sit, siue cum pacto expresso, siue tacito est grauisimum peccatum, quia habere commercium cum daemone, & ad illum recurrere; cedit in grauisimum diuinae maiestatis iniuriam. Neque in hac parte admittenda est paruitas materiae (quamuis probabiliter reputer Valen. disp. 6. quae. 33. p. 3.) quia quilibet cum nequissimo hoste societas, quodlibetque commercium, & recursus, & in eius ope filicia religioni diuinae maxime aduersatur, tamen materia, & effectus intentus leuissimus sit: sic Sanchez, lib. 1. in decal. cap. 40. num. 13. Lessius lib. 2. cap. 44. dub. 4. num. 26. indicat Suar. tom. 1. de relig. lib. 2. de superstitione. cap. 14. num. 10. Neque ab hoc peccato excusatur iis mediis vanis vtens, ex eo quod daemone pacto tam explicito, quam implicito renunciet: nam esto verbis renunciet, facto ipso pacto & commercium cum daemone inire valet, vt bene relato Philiarco de Offic. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 11. vers. quarta conclusio, docet Sanchez, lib. 2. in decal. cap. 40. n. 25. Excipie nisi vtaris illis vanis non ad experiendum effectum, sed ad conuincendum illis vtentes ex daemone auxilio operari, qualiter testatur Caetan. in summ. verb. Incantatio se quibusdam verbis sacris vsu fuisse ea protestatione facta, se nullo modo dicere illa verba, sacra, vt instituta à daemone ad mouendum anulum, sed ea in Deum eorum auctorem dirigere: qua intentione posita verba protulit, & anulus immotus permansit: sic Sanchez, lib. 2. in decal. cap. 40. num. 25. & lib. 7. de matr. disp. 95. num. 4. Debet tamen adesse necessitas huius experientiae, & spes moraliter certa deceptionem fore manifestandam: alias periculum erit, vt decepti in suo errore firmiter existant, & tu in eum labaris.

4. Aliquando ex ignorantia, & inaduerentia vincibili tamen, sed non crassa, & supina potest esse veniale peccatum.

tum in magia, quæ absque expresso pacto cum demone fit: sic Valen. Sanch. Lessius locis citatis. Stante tamen expresso pacto non videtur quæ ratione inter fideles possit dari ignorantia à mortali excusans. Sanch. *suprà*. Secundo dicunt Sanch. & Valen. esse veniale peccatum, si his superstitionibus vitæ non ferio, sed ioci causa, vel ex quadam animi levitate, & curiositate videndi, an effectum habeant. At certè mihi difficile est hanc curiositatem à mortali excusare: si quidem societatem cum demone habere & eius auxilium tacite perere, tamen ex curiositate, & levitate fiat, in gravem cede diuinæ maiestatis iniuriam, & ex alia parte non leui periculo deceptionis est expositum.

5. Aduertendum tamen est, hoc peccatum magi alia grauissima peccata contra fidem, religionem, castitatem, & iustitiam secum deferre solere. Solent enim magi demones adorare eique sacrificium offerre, vt cum propitium, & beneuolum habent, renunciant Christo eiusque Sacramentis, reputant demones felices, neque Deo subiectum, cum eoque nefandos habent concubitus, & perpetuo eius obsequio se tradunt. Insuper damna grauissima, & homicidia præcipue infantium perpetrant: ob quæ merito ex hoc mundo exterminandi sunt.

6. Rursus vana obseruantia, seu magia triplex est iuxta triplex genus effectuum, qui per magiam procurari possunt. Prima est, qua tibi, vel alteri intendis scientias rerum naturalium subito, & absque vilo labore comparate. Secunda, qua tibi, vel alteri comparate intendis bona fortunæ, & honoris, corporis sanitatem, vitæ longitudinem, &c. Tertia, quæ damna proximis inferuntur. Omnis autem hæc distinctio, & diuersitas materialis est, non formalis. Nam in ratione magicæ superstitionis non distinguuntur; si quidem in omnibus his est eadem malitia, cultus demonis, societatis cum illo & in illum fiducia: sic Suarez *lib. 2. de superst. c. 14. n. 10. c. 15. n. 2.*

PUNCTVM IX.

Quæ possint à demone secundum eius virtutem fieri.

SUMMARIVM.

1. Petere à demone, quæ ipse prestare naturaliter potest non est propriè superstitio, esto sit grauissimum peccatum.
2. Latissima est demonis potestas. Expenditur. Primo circa elementa, aliaque res naturales.
3. Habent potestatem circa humana corpora. Et qualiter.
4. Circa animas separatas communis est sententia nihil posse.
5. Proponitur difficultas ex anima Samuelis. 1. Reg. 28. Et sit illi facta.
6. An verum sit sagas, & maleficia à demone asportari, an tantum sic fingi. Proponitur sententia negans asportari.
7. Sub distinctione questio resoluitur. De potentia demonis non esse dubium, de facto sapè asportari.

VT plene obseruationis vanæ species intelligantur necessario præmittenda est hæc questio. Nam si à demone petas quæ ipse facere potest ex multorum sententia, quam probabilem iudicamus, superstitionem propriam non committis; tamen grauissimè peccas; quia non ei defers honorem Deo debitum, in quo superstitio sita est, sed defers honorem ei propriam, & naturalem. Quocirca inuestigandum est, quæ demones facere possint, quæ non satis inter doctores constat.

1. Vnum tamen est omnino certum, latissimam esse eorum potestatem ad nocendum hominibus, si Deus permittit; quia per peccatum non fuit eis sublata, imò nec diminuta naturalis potestas in hæc inferiora operandi; vt tradit D. Thom. ab omnibus receptus, 1. p. quest. 64. art. 4. Primò ergo habent demones potestatem circa elementa: possunt namque de vno loco in alium transferre nubes, ventos, pluuias, grandines, & tonitrua. Item possunt tempestates alibi exortas huc, vel illic impellere, sistere, & mitigare. Item valent ciuitates destruerere, incendia causare, segetes conuelere, & de vno in alium locum in ictu oculi transplantare. Item à fortiori possunt aurum, tærræ absconditum, vel mari inclusum extrahere, tamen si ratò Deus id permittat, ne hac occasione homines ad sui obsequium pertrahantur. Ratio autem est: quia ad præstandos hos effectus non requiritur nisi virtus motiua loco ad locum, quam ex pluribus scripturæ locis constat demones habere. Sed non inde sequitur posse ordinem viuens peruertere? quia Deus non permittit: ex diuina enim prouidentia eius potestas coercetur, vt rectè D. Thom. 3. *contra gentes. c. 108.*

3. Secundo habent demones potestatem circa humana corpora, vt ea possint variis morbis afficere applicando aliqua nociva, quibus humana industria occurrere non possit. E contra

possunt morbos omnes curare, qui naturalibus remedijs curari valent. Item possunt impedire lesiones omnes, quæ ex igne, gladio, aliisque instrumentis irrogati homini possunt, tum te interponendo, tum imperum infringendo, tum media contraria applicando, sicuti Simon Magus sapè faciebat, itò tamen id Deus permittit, ne simplices decipiantur. Deinde possunt de loco in locum homines transfere breuissimo temporis spatio. Item possunt eorum formas, & qualitates transmutare, non intrinsecè, sed extrinsecè tum aliam loco illius substituendo, tum reddendo illum inuisibilem corpore aliquo intermedio opposito, tum transportando in partem longinquam, tum immutando phantasia presentium, vt videatur muratus, cum tamen in se nullam receperit mutationem. Tertio habent potestatem imprimendi in anima coniuncta corpori, quæ ex phantasia, & dispositione corporis pendet; valent enim excitare ad odium, ad amorem, ad libidinem, aliaque similes affectiones. Quarto possunt inferiores demones aligare, comprimere, coercere, in corpora humana introducere, introducta expellere, ac denique possunt se voluntari Magorum subiecte. Alij autem effectus miraculosi, quique virtutem agentium naturalium excedunt, fieri non possunt à demonibus. Vnde demon non potest hominem in bestiam transformare, quia esto possit hominem occidere, non tamen potest brutam animam suo corpori venire, & sic vitam iterum illam expellere, & deuo animam hominis reunire. Quocirca omnes illæ transformationes, quæ à Magis referuntur, præstigiæ sunt & illusiones sensuum non veræ, vt constat ex cap. non mirum 26. quest. 5. & tradit D. Thom. 1. part. quest. 114. art. 4. ad 2. Cælius *lib. 2. de iusta heret. iunior. cap. 14.* Suarez *lib. 2. de superst. cap. 16. num. 6.* Similiter neque possunt demones homines producere aliaque perfecta virtutia quæ ad sui organizationem requirunt virtutem anime coniunctæ, tamen possunt esse incubi, & succubi in corpore assumpto, & sic semen ad hoc decium in virtum feminæ introumittere, quo ipsa concipiat, sed tunc demon non est pater, neque genitor illius fetus, sed homo qui semen misit, quia demon semen transportauit, non produxit.

4. Circa animas separatas communis est sententia, nihil posse, neque enim possunt eas de loco in locum transferre. Nam si in celo sunt, alienum erat à diuina maiestate, & statum illo beatifico, vt demonibus subiecterentur: sunt enim ibidem iudices, & domini, si tamen in purgatorio existunt, sunt in via beatitudinis, & ob eandem rationem non decebat eas demonibus subiecti. Præter quam quod ibi sunt ex diuina ordinatione, donec peccata expient, quibus expiatis recta ad celum via tendant. Si autem in inferno morantur, habent ibi tanquam in carcere à diuina iustitia reclusæ, à quo exire vultu illis permittitur, demones vero executores sunt diuinæ iustitiæ, & illius ministri ad animas torquendas; his autem non conceditur, vt reos ducant, quod velint, sed vt torquent iuxta delictorum qualitatem: & ita expressè notauit Suarez *lib. 2. de superstitione, cap. 16. numer. 14.* Lessius *lib. 2. de iust. cap. 44. dub. 3. numer. 23.* Quocirca cum aliqua anime virtute maleficorum appareret, non censendæ sunt ipse apparere, sed eorum imagines, & vmbre à demonibus efformari, & per quas ipsi demones loquuntur.

5. Sed obstat aduersus hoc pronuntiatum locus 1. Regum 28. vbi refertur ad Pythonissæ incarnationes Samuelis animam euocatum esse. Queritur enim Samuel de Saul quod ipsum obligauerit relinquere quietem id est sedem certam & stabilem, quam habebat. Dicit enim, quare inquietati me, vt suscitaret, quasi dicebam, quare me coegit relinquere locum, in quo quiescebam, & à mortuis resurgere: sed nulla alia via Saul Samuelem inquitauerit, nisi media Pythonissa. Ergo Pythonissa potuit animam Samuelis euocare à limbo. Quod autem verè Samuel apparuerit probati potest. Primò, quia sacretorius testatur mulierem Samuelem vidisse, cum autem vidisset mulier Samuelem, & iterum dixit Samuel ad Saul, quæ de figura non videntur intelligi posse. Secundo, quia in *lib. Ecclesiastice. cap. 46.* loquens de hac apparitione Samuelis dicitur. Post hæc dormiuit, & notum fecit Regi, & ostendit illi finem vitæ suæ, & exaltat vocem eius de terra in prophetia delere impietatem gentis. Quæ verba videntur clarè probare verum Samuelem apparuisse. Tum quia in laudem Samuelis enumerantur. Tum quia per veram prophetiam sunt dicta. At si à demone figuram Samuelis inducens dicta essent, non videretur posse in laudem Samuelis tale dictum diabolicum credere, neque illud dictum prophetiæ nomen obtinere. Quod si dicitur in laudem Samuelis illam prophetiam credere, tamen à demone factam, quia demoni facte concessa, eò solum, quod Samuelem representauerit, imò fortè media reuelatione ipsi facta representauerit, adhuc non satisfacit; quia aliena esse videtur Samuelem, adhuc non satisfacit; quia aliena esse videtur à congregacione iustarum animarum quælibet loci, & familiaritas cum demonibus. Ergo non est credendum animam sanctissimam Samuelis assumpsisse demonem, vt mediatorum ad manifestandum Sauli exitum vitæ suæ. Præterea

Præterea hæc propheta dicitur facta per vocem Samuelis: si autem qui ibi apparebat, non Samuel sed demon esset, potius dicitur debet prophetiam factam à Samuele per vocem demonis, quam per vocem ipsius Samuelis: propriam enim vocem prophetia requirit, non vmbriticam.

In hac re dicendum est probabilius esse, & meo iudicio certum veram animam Samuelis apparuisse ob rationes modo dictas, quæ amplius videntur. Facor namque aliquando vmbra, & imaginem nomine imaginati, & representati appellari, vt probat Augustinus. *lib. 2. ad Simplician. quest. 3.* Sæpe enim dicebatur Deus apparere, cum tamen non ipse, sed Angelus eius nomine appareret, & Pharaõ dixit se spiritus vidisse, & vacas ad ripam Nili, cum tamen solum illarum imagines vidisset, & Nabuchodonosor fecit se vidisse statuam, & deinde arborem, cum tamen non veram statuam, neque arborem, sed solum illius imaginem viderit. At quando ad veram & propriam significationem verba accomodari possunt, non debent ad hos tropos, & improprios sensus detorqueri. In presenti autem conuenientiùs est, & forte necessarium, vt in propria significatione verba videntur, & de vero Samuele, & non vmbriticò apparitio intelligatur. Quod tam ex illa loco Reg. quam ex Ecclesiast. factis colligitur. Ex loco Reg. quia ille qui apparuit dixit Sauli faciet tibi Dominus, sicut locutus est in manu mea. At comminatio, quam Dominus Sauli per manum Samuelis sæpe fecerat, non erat per Samuelem fictitiuam, sed veram. Item ipse Samuel conuictus est, quod fuerit à Saule inquietatus, vt suscitaretur diabolus autem nunquam fuit inquietatus, vt suscitaretur. Ergo non de diabolo sub forma Samuelis, sed de vero Samuele debent intelligi. Clarius autem id constat ex loco Ecclesiast. 46. Nam eodem tenore, quo dicitur Samuelem prophetam Domini esse in sermone fidelem, & ab auaritia immanem, & tamen in Domino obdormisse: dicitur notum fecisse Regi finem vitæ suæ, & exaltasse vocem suam de terra in prophetia delecte impietatem gentis, sed esse Samuelem prophetam domini in sermone fidelem, ab auaritia immanem, & tandem mortuum esse, non contigit per figuram, & representationem, sed verè, & proprie. Ergo illa Regi manifestatio finis vitæ suæ à vero Samuele procedit, & non à figurato. Et confirmo: nam ab illo dicitur manifestata fuisse Regi futura qui dormiuit, id est, mortuus fuit, sed mortuus fuit Samuel verus, & non vmbriticus. Ergo verus Samuel apparuit. Deinde ascendente Samuele de terra Deus exaltauit vocem eius in prophetia, id est, fecit, vt alta voce futura prædiceret abique vilo errore, vt sic Samuel non solum in vita, sed post mortem verus propheta haberetur, quod de vero Samuele oportet intelligi: sic August. *lib. de cura pro mortuis agendis, c. 15. c. 16.* mutans sententiam, quam docuerat *lib. quest. veter. testam. q. 27. c. lib. de doctr. Christiana, cap. 29. Basilian. epistol. 80.* Iustinus Martyr. *dialog. cum Tryphone, versus finem.* Ambrosius *lib. 1. in Lucam, ubi de Zacharia turbato.* Lyra, Caietan, Abulens. Charchulian. Galpar. Sanchez, & alij Commentatores Regum. Bellarm. *1. lib. 4. c. 11. Martin. Delrio lib. 2. de quest. mag. q. 6. c. 2. sect. 4. Vallar. de sacra Philosoph. cap. 33. Suarez t. 2. in 3. p. 8. Thom. q. 52. disput. 42. sect. 2. c. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 16. numer. 18. Benedict. Pereira in 7. cap. Exodi. disp. 8. Lessius. lib. 2. de iustitia, cap. 44. num. 13.* Neque obstat Samuelem dixisse Sauli: Cras tu, & filij tui mecum eritis; quia non intellexit mecum eritis; in eodem loco paradisi, sed mecum eritis in sepulchro; hoc est sicut ego mortuus, sum, & sepultus, sic vos mortui, & sepulti eritis. Frequens enim est in scriptura etiam de malis cum moriuntur dicere apponi ad patres suos. Hæc enim ad corpus potius quam ad animas referuntur. Item non obstat, quod Samuel permisit se à Saule adorari; quia non constat eum adoratione lætari adorasse, sed dulcia tantum, quæ sanctis licita est.

Secundo dicendum est verum Samuelem non apparuisse ex vi, & efficacia magiæ incantationis sed occasionaliter ex illa, Dei tamen iussu, & ordinatione tum ad gloriam Samuelis, tum ad maiorem Saulis punitionem: sic ferè omnes Doctores nuper relati, sed specialiter S. Thom. 2. 2. *questione 174. artic. 5. in respons. ad 4. Caietan. in supradicto loco Reg. & ibi Galpar Sanchez, Suarez, Lessius, & Pereira supra.* Et ratione probatur. Nam si anima Samuelis vi, & efficacia magiæ artis ab inferis excitaretur: maximam inde laudem magica ars obtineret, vt quæ potens esset vi sua sanctas animas in sinu Abraham quiescentes extrahere, & ducere, quod Mago placuerit. Si autem non valet coactas extrahere, sed voluntarie consentientes: & Samuel efficacia artis annuit proculdubio occasionem tribuit suspicandi autem magicam potentissimum esse, eiusque exemplo possent homines excitari ad illum vsum; si quidem ipse mortuus non repulit, cum posset, sed potius consentit. Nullo ergo modo dicendum est, arte magica Samuelem fuisse excitatum, sed dum Pythonissa incantationes parabat, eius oculis se obtulit. Quod sufficienter colligitur, ex eo quod statim ac mulier securitatem à

Saule obtinuit in maleficio faciendo simul apparuit, Ergo non apparuit ex vi incantationis, quæ vt fieret longum tempus expectulabat. Itè Pythonissa turbata est vehementer viso Samuele, quod non fieret, si ad eius incantationem Samuel appareret; sicuti aliarum animarum imagines apparebant. Deinde Samuel non apparuit eo habitu, & forma, quæ solent hæc spectra arte magica apparere. Alia enim vt refert Theodoret. *q. 62.* pedibus lustrum elatis, & capite deorsum, à iâ supra sicuti sepeluntur, apparent, & apparent tetrica, & obscura. At Samuel apparuit reclusus, & splendore circumfulsus, ita vt ipsa Pythonissa diceret: Deos vidi ascendentes de terra: id est quid diuinum video. Ergo signum est non ex magica arte, sed Dei virtute, & ordinatione Samuelem apparuisse, cum Pythonissa se pararet ad incantationem, neque obstat Samuelem quæsi. Quare inquietati me; quia ob petitionem Saulis Deus illum inquietauit, id est quietem relinquere fecit, & sic à Saule occasionaliter Samuel inquietatus fuit.

Quod si roges, quare Deus Samuelem excitauit, vt Sauli futura prædiceret cū Pythonissa incantationem præpararet, & non antea; cum ipse dominum consuluit per somnia, per sacerdores, & prophetas: videtur enim occasionem tribuere existimandi à Pythonissa Samuelem fuisse euocatum? Responderi potest merito id factum esse, tum vt Saul se cognosceret à Deo esse despectum, qui consultus ei non respondebat. Respondit autem, cum Pythonissam consuluit, tum in peccatum peccati recentem commisit. Tum quia illo tempore acerbior illi futura erat sententia: eo quod timore grandi angebatur. Tum forte, vt à peccatis respiceret, eaque penitentia deleret, motus morte iam imminenti, & notificata per eum, cui fides necessario adhærenda erat.

6. Restat satisfacere illi quæstioni: an verum sit sagas, & maleficos à demone asportari, & conuentibus interesse, an tantum sic fingi, & imaginari; sicuti cum quis dormiens reportat loca plurima peragere, cum tamen verum non sit, sed solum imaginatione luccedat. Non desunt, qui negent verè Magos à demone asportari, neque verè conuentibus interesse; sed omnes illas demonis adorationes, nefarios concubitus, conuiuia, & similia per representationem succedere: & præbent primò, quia sæpe testantur ibi a fuisse, cum tamen manifestè constet locum non deseruisse; in duplici autem loco non potest demon corpus collocare. Secundò, testantur ibi vidisse plurimos, quorum suspicio nulla est de hæc ita nefandi. Tertio, affirmant pronunciatum nomine I e s v statim omnia euanescente: quæ si vera essent non possent ita breui tempore, & ibi assidentes illic reperiuntur. Quarto, si in voluntate sagarum situm est transportari ex loco ad locum, quomodo carceribus detinentur, & à iudicibus puniuntur? Quintò, mutant aduersas formas, quod demoni est impossibile. Sextò, in cap. Episcopi 25. q. 5. reputantur hæretici credentes de loco ad locum striges verè transferri, sacerdotibus grauitèr mandatur, vt per luas Ecclesias prædicent falsa esse, quæ de iis mutationibus sagæ confingunt.

7. Cæterum loqui possumus de facto, & de potentia. Et quidem de potentia æmini potest esse dubium posse demonem has sagas, seu strigas de loco in locum breuissimo tempore transferre, tametsi obia clausa sint; quia facillimo negotio potest omnes portas aperire, & murum si opus fuerit diuidere, & iterum copulare: quæ sola virtus mortua, quæ demonibus naturaliter instra est, hæc omnia fieri possunt. Nunquam tamen potest demon corpora penetrare, aut in duplici loco idem corpus constituere; quia ij sunt effectus excedentes naturalem virtutem ac prouide miraculosi, & multo minus potest sagas in bestias transformare quia vt dictum est, naturalem virtutem excedit. Neque obstat magos in Ægypto, Exod. 8. c. 9. virgas in serpentes transmuisse; quia hæc cum sint animalia imperfecta, quæ ex putrefactione terræ, & elementorum dispositione sæpe generantur, poruerunt applicare materiam, vt sic breuiter illæ transmutationes fierent. Adde pluribus probari solum apparetur illas transmutationes factas esse.

At si de facto loquamur, assumendum est sæpè has sagas à demone asportari, & conuentibus interesse verè, & realiter, & non tantum apparere: sic ex communi sententia docet Valent. 2. 2. *disp. 6. q. 12. punct. 2. Pagna. director. 2. p. comm. 67. post medium.* Azor. *6. 1. lib. 1. instrum. d. c. 25. q. 3.* Suarez *1. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. c. 16. n. 24.* Sanchez *lib. 2. in decalog. cap. 40. n. 6.* Lessius *lib. 2. de iustitia. c. 44. dub. 3. num. 15. c. 16.* Martin. Delrio *lib. 2. q. 10. c. lib. 5. sect. 16. n. 4. c. 5.* Et desumitur ex tot virorum, & mulierum testimoniis, vt prudenter negari non possit. Neque obstant argumenta contraria. Ad primum concedo aliquando solum apparetur has lamias transferri, quod facit demon, vt veras transmutationes infirmet, & iudices derinat, ne sagas pro criminis qualitate puniant, putantes solum apparetur hæc fieri. Quod si virgas, quomodo cognosci possit, quando verè, quando apparetur tantum transferantur, Respondeo ex aliorum testi-

monio circumstantiis obseruatis. In casu autem dubio semper praesumendum est transferri. Adde, esto de facto nunquam translatae sint, debent ac si essent translatae puniri? tum ob pactum cum daemone expressum. Tum quia voluerunt se transferri, & ad illum finem se vocationibus praepararunt. Tum quia cum in se redeunt approbant, & gaudent de factis in illos nequissimo conuentu sibi representatis, ac si verè ita contigissent. Ob quae merito debent è mundo exterminari, quia reipublicae perniciosissimae sunt. Ad secundam concedo saepe daemones, vt his diabolicis conuentibus auctoritatem praestant, effingere ibi figuras piorum virorum, hoc tamen non tollit, quominus eius ministri ibi adfuerint. Ad tertiam fautor pronuntiatione nominis Iesu omnia euanescere aliquando, & sagas ibi translatae illic permanere. Ad quartam diuina providentia factum est; vt è manibus iudicis se liberare non possint. Tum vt ipsa malefica puniantur, tum vt omnibus confiteri daemone diuinæ providentiæ subiectum esse, sibi que obsequentes in periculo deserere. Ad quintam nego formam propriam immutari, tamen magis videatur per imaginationem mutata esse. Ad sextam dico in illo cap. *Episcopi* nullo modo damnari credentes, sagas, seu stygas, de loco in locum transferri, sed damnari credentes transferri in veras bestias transmutatas. Idem credentes Dianam esse veram Deam, posseque equos efformare, quibus lamiae transuherentur, & Herodiadem verum corpus assumere & cum lamis aëra discurrere. Haec enim omnia errorum sunt, & à vera philosophia prorsus aliena.

P V N C T V M X.

Declarantur magicæ Superstitionis, quovsq; illicitæ sint.

S V M M A R I V M.

1. *Vt effectus aliquis à magia damnata procedat, debet causam naturalem excedere, & quomodo hoc possit cognosci.*
2. *In casu dubij à causa naturali reputandus est.*
3. *At posito à causa naturali provenire non posse, à Deo, vel à daemone debet necessariò provenire, quod colligendum est ex medijs assumptis, & in casu dubio reputandum provenire, à daemone.*
4. *Non potest demon scientias rerum naturalium tibi brevissimo spatio infundere.*
5. *Si hoc procuras, supersticiosus es, & qua inde inferantur?*
6. *Differt hac magia superstitio à diuinatione, quia diuinatione transiens cognitio procurator, at magia superstitione permanens.*
7. *Scientia rerum naturalium tamen male acquisita liberè uti potes.*
8. *Si aliqua verba, vel signa sacra usurpes, credens illi liberum te esse à subitanea morte, à laesione inimicorum, ab aliòque casu fortuito, &c. superstitionem magicam committis.*
9. *Idem est si bona fortuna precibus circumstantiis vanas habentibus consequi speres. Et quid de mulierculis, vulgò ensalmadoras.*
10. *Qua in his precibus à superstitione excusent.*
11. *Si medijs improporionate sanitate corporis procuras supersticiosus es, & quid de usu imaginum astronomicarum?*
12. *Mutare locum in ludis, sperans inde felicem euentum, superstitio est, subintelligitur, si ceriò credatur.*
13. *Quid dicendum de iis (quos Hispani vocant salutatores) alij eos approbant, alij improbant.*
14. *Sub distinctione responderetur.*
15. *Explicentur aliqui casus, ex quibus licitus, vel illicitus horum salutariorum usus colligi possit.*
16. *An virus residens in salutarioribus vitæ operantibus naturalis sit, an diuinitus infusus? No est satis exploratum.*
17. *Ars chymica hominibus est incognita.*
18. *Assumere vana ad proximorum nocumentum superstitio magica est omnibus destabililior.*

I. VT effectus aliquis supersticiosus, & arte magica effectus debet constare, neque à causa naturali productum esse, saltem eo modo, quo est productus, neque à Deo provenire. Nam si à causa naturali adæquatè provenit non ad Magiam damnatam, sed ad Magiam, quæ pars est philosophiz pertinere: si autem à Deo est productus contra virtutem causarum naturalium, erit opus diuinæ virtutis. Cognoscere autem quando à causa naturali, quando à Deo, quando à daemone effectus proveniat, difficile est, vt rectè expendit Valent. 2. 2. *disp. 6. q. 13. p. 3. ante med. Sanch. lib. 2. c. 40.*

à n. 42. Vt autem cognoscatur, an à causa naturali, an à superiore virtute effectus proveniat comparanda est causa cum effectu, & effectus cum causa, & examinandum, an ex sapientium doctrina talis causa potens sit effectum producere, eo modo quo productus est. Si enim iudicio prudentum firmatur causam illam impotentem esse ad talem effectum producendum, necessariò concluditur non provenire à causa naturali. Alias si huic iudicio inhærentem non esset, nihil in philosophia certum pronuntiaripotest: vt bene dixit Valent. *disp. illo punct. 2. vers. Apertines.*

2. In casu tamen dubio, an effectus naturaliter à causa applicata proveniat, reputandum est provenire. Tum quia evitatur delictum, quod non debet praesumi, nisi probetur. Tum quia virtutes causarum naturalium multiplices sunt, & multis etiam sapientibus ignotæ. Nam saepe ea quæ tanquam miracula habebantur inveniuntur à causa naturali provenire, vt multis exornat August. *lib. 14. de civit. Dei, c. 24. & confirmari potest ex his quæ refert Plin. lib. 28. in *hist. natur. c. 8. de Pylillis, & Marcis, quorum tactus venena curabant, & aspectus serpentibus terrore erat: sic Sanchez lib. 2. c. 40. n. 44.**

3. At posito effectum à causa naturali provenire non posse, necessariò est dicendum à Deo, vel à daemone provenire. A quo autem proveniat inuestigabis ex medijs, quibus ad effectum comparandum uteris. Si enim media non sint à Deo, & ab Ecclesia instituta, sed præter consuetudinem, & usum virorum prudentum fatendum est à daemone, qui in his vanis complacet provenire. Secus vero si veris medijs ab Ecclesia præordinatis, neque in illorum usu modum excedis, quod dixerim, quia potes vii medijs à Deo præordinatis, oratione scilicet, ieiunio, aliisque Ecclesiasticis ceremoniis, putans effectum infalibiler habitura, cum tamen non habeant, nisi pro Dei beneplacito in quo modum excedis. Item circa effectum, ad quem talia media non sunt præordinata. Quod si inquiras quid in casu dubio iudicandum est. Respondendo, reputandum esse à malo spiritu provenire; quia miracula præsumenda non sunt, nisi probentur, neque credendum est Deum absque gravissima necessitate ea facturum: sic bene probat Sanchez *lib. 2. in *decalog. c. 40. n. 44. Lessius lib. 2. de iustit. c. 43. dub. 10. n. 62. & 63. & c. 44. n. 2. Suarez r. 1. de Relig. lib. 2. de *superstit. c. 15. n. 1. 13. & 14.***

4. Circa primam superstitionem magicam, quæ est de scientiarum infusione, dicendum est impossibile esse daemone scientias rerum naturalium tibi brevissimo spatio infundere. Tum quia ipse non videtur habere virtutem producendi hos habitus, neque immutandi immediatè superiores animæ potentias; sed ad summum habet potestatem immutandi phantasiam, qua immutata per Sympthiam immutatur intellectus. At cum phantasia non possit simul immutari omnibus actibus, qui necessarii sunt ad vniuersæ scientiæ consecutionem; efficitur nullo modo posse brevissimo tempore scientias tibi communicare: & ita tradit Suarez *lib. 2. de *superstit. cap. 16. numer. 12. Quod si aliquando videas quem medijs vanis, & inefficacibus subdito se in aliqua scientia ostendere veratissimum, vt de Anabaptistis dicitur, qui sumpto illo excecando pane (quem ipsi Eucharistiam vocant) totam scripturam recitant, ac si illam memorè mandassent, cum tamen antea prorsus illam ignorarent, dicendum est, daemone illis infundere, & ipsorum linguam mouere, quod non leuiter colligitur, ex eo quod renunciata heresi, & penitentia peccati facta omnino ignorantes redduntur.**

5. Verum esto daemone hanc scientiam infusione facere non possit subito, si tamen tu illam procuras medijs vanis, & à diuina providentia non præordinatis supersticiosus es; quia conuinceris à daemone petere quæ Dei sunt propria. Ad idem est, si vanis utaris, vt memoriam augere, in studijs proficere, semper enim conuinceris à daemone procurare si quidem Deus neque promittit vanis acquiescere, neque illis moueri potest. Ex his constat artis notoriè usum superstitionis esse, vt ipse qui medijs ieiunijs, & orationibus permixtis vanis quibusdam circumstantiis præterdunt rerum naturalium cognitio: D. Th. 2. 2. q. 95. art. 1. Martin. Delio *lib. 3. *disquisit. mag. q. 4. sect. 2. Lessius lib. 2. cap. 43. dub. 10. num. 62. Sanch. lib. 2. in *decal. c. 40. n. 30. Suar. lib. 2. de *superstit. c. 15. à n. 4.****

6. Quod si inquiras in quo hæc vana obseruantia, & magica superstitio à diuinatione differat, Respondeo differre, quod in diuinatione procurator cognitio transiens alienis effectus oculatis, quæ tota nititur auctoritati & testimonio daemoneis reuelantis. At per magicam superstitionem procuratur cognitio scientifica permanens, seu in habitu naturalium rerum, quæ per industriam obtineri poterat, vel à Deo diuinitus infunditur.

7. Aduerto tamen scientia semel acquisita rerum naturalium tamen si ope daemoneis acquiesceris, libere te posse illa vi filosofice eam docere. Quia in hoc usu, & in hac doctrina nulla queam infusa: sic Suarez *lib. 2. de *superstit. cap. 15. n. 24. Viator. q. 4. de *Magia. Valent. 2. 2. *disp. 6. q. 13. p. 2. vers. quarto neque.****

neque. Sanch. lib. 2. c. 41. n. 1. & c. 42. n. 10 & lib. 7. de matr. disp. 96. num. 4.

8. Circa secundam speciem magicæ superstitionis bona corporis respicientem. Regula generalis est ope demonis effectum procurari, quoties veris mediis, quæ non sunt ad talem effectum à Deo præordinata. Hinc fit te superstitionem mortalem committere, si aliqua verba vel signa facta vsuperpes, vel tecum deferas, credens illi liberum esse à subitanea morte, à laesione inimicorum & à quolibet alio casu fortuito: tamen illis verbis & signis factis admixta non sint aliqua inutilia; quia defersis verbis infallibilitatem effectus, quem ex diuina institutione non habent, aliis essent sacramenta, vel sacramentalia, sic Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 43. dub. 10. num. 63. veru obserua. Nauarr. summ. cap. 11. numer. 34. & cap. quando de consecratione, distict. 1. cap. 19. numer. 160. Suarez tom. 1. de Religione, lib. 2. de superstitione, cap. 15. num. 9. & 10. Sanchez lib. 2. cap. 40. num. 20. Circulo de superstitione, part. 3. cap. Sayrus Clau Regia lib. 4. c. 6. num. 8. At si vsupratione sacrorum verborum, & reliquiarum asportatione non sperare certo hos effectus, sed confidens Deum illo reuerentia actû, & Sanctorum meritis, & intercessione fortè mouendum esse, vt concedat, nullam superstitionem committis, sed potius religionis actum exeres; quia salurem corporis speras mediis à Deo præordinatis; & non aliter quam præordinata sunt: sic Suarez & Sanchez locis citatis.

9. Secundò fit, à fortiori superstitionem mortalem esse; si bona fortunæ, corporis, sanitatem, aliisque similia preteritas consequi precibus circumstantias vanas & inutilis habentibus si credas illam vanam circumstantiam necessariam, vel vitalem esse ad effectum: nam cum non sit vitilis ex se, debet esse vitilis ex præmone, & directione alicuius, non D-i, quia vanis non mouetur. Ergo demonis. Ergo speras effectum à demone consequi. Est ergo mortalis superstitio etiam in materia leuissima: sic Sanchez, lib. 2. in decal. 40. num. 8. & 22. in d. n. 23. Lessius cap. 43. dub. 10. num. 63. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 13. p. 2. col. 2. Ex qua doctrina rectè potes colligere iudicium de mulierculis illis quas vulgò vocat *ensalmadoras*, o *sanctiguadoras*. Si enim vanas aliquas circumstantias miscat (vt regulariter miscere solent) precibus, & orationibus fidentes sic effectum esse consecraturæ, & non aliter sine dâbio mortalem superstitionem committunt. At si nullam circumstantiam vanam miscant, permitti poterunt, dummodo non credant effectum infallibiliter esse consequendum. Rarò tamen ita procedunt, vt rectam, & moderatam habeant intentionem, nullaque circumstantia vana vtantur, idèoque rarò permitti debent præcipue cum his vtentes viles sint, & vite non probata, omniâque ad quantum dirigant, & multis fallacis vtantur: Sanchez aliis relatis, lib. 2. cap. 40. num. 39. Deinde colligere potes superstitionem mortalem committere, si credas sanitatem, & bona fortunæ consecraturam recitando preces ad solis ortum in tali figura, tali voce, & non aliter; quia hæc imperationi diuinæ vana sunt: Sanchez numer. 22. Lessius num. 63. At idem est, si certo numero missarum, tali serie, & ordine promittas effectum imperare, credens aucto, & diminuto numero nihil prodesse, & à fortiori si credas hunc numerum candelarum esse appendendum tali loco, tali hora esse missam recitandam; quia hæc vana sunt vt diuinam maiestatem moueat: Sanchez cap. 40. num. 40. & constat ex Tridentin. sess. 22. decreto de obseruandis, & vicandis in celebrat. Missar.

10. Non tamen erit superstitio, si liber ab hac credulitate cum numerum missarum dicas in memoriam alicuius sancti: tum vt te ad maiorem deuotionem excites, tum vt illius meritis, & intercessione adiuueris. Quapropter non est damnandus, qui missas, quas vocat D. Gregorij vana superstitione denudatas recitat in memoriam, & honorem D. Gregorij qui triginta diebus post defunctis specialiter orauit. Neque ille qui nouem diebus imaginem alicuius sancti vistraret in memoriam nouem mensium, quibus sanctissima Virgo Deum in vtero suo portauit, vel in alterius mysterij recordationem. Neque qui numerum certum candelarum apponeret ob eundem titulum; quia tunc non in numero, sed in oratione fiducia ponitur, & numerus assumitur ad speciale deuotionis excitamentum, credens si augetur, efficaciorum esse. Ex quo constat non esse absolute damnandum, vt superstiosum vsum multorum fidelium, qui in animalibus mœdendis diem alicuius sancti obseruant, & vt à morbis, & periculis liberentur, iuxta eius tempus noties circandocantur; quia credendum est diem illum obseruare, & numerum assumere in illius sancti memoriam, & honorem; non quia fiant illis ceremoniis ita certo effectum consecraturæ, & illis dimittis aut auctis nullum habituros esse. Et idem est de colligentibus herbis in die natalis S. Ioannis Baptistæ; non enim credendum sic colligentes sperare effectum infallibiliter esse illa circumstantia, sed illam apponere in speciale sancti honorem, & vt se ad illius deuotionem excitent: sic Sayrus clau Reg lib. 4. cap. 6. n. 7. Deltio lib. 8. disp. 96. p. 2. q. 4. sect. 6. Valent.

2. 2. disp. 6. q. 13. p. 2. col. 2. Sanchez lib. 6. cap. 40. n. 31. vbi optime aduertit, si commodè fieri possit hæc esse extripanda ob periculum scandali, & superstitionis. Alias docendi sunt simplices, ne errent: supradictis omnibus Bonac. consentit, disp. 3. de primo decalog. præcepto, q. 5. p. 4. n. 11. & seq.

11. Tertio inferitur, si mediis improportionatis sanitatem corporis, bona fortunæ, aliâque similia procures, superstitionem mortalem committis: quia tacite auxilium demonis imploras. Huc spectat vsus imaginum Astronomicarum, quæ quia sunt factæ sub quodam constellationis signo, & in tali figura reputantur proficæ ad varios morbos præcauendos, & curandos: talis enim vsus supersticiosus est (quidquid dicat Cateran. quest. 96. art. 2.) Ratio est manifesta; quia illa arte facta ratione materia non sunt principia illorum effectuum, vt ipsimet Magi supponunt: sed ratione artificij esse non possunt, quia artificium confurgit ex tali ordine; & dispositione, quæ nullo modo sunt principia agendi, vt bene probat D. Thom. 2. 2. quest. 96. art. 1. ad 2. Ergo tota efficacia deuolui debet ad demonem vtentem illis arte factis, vt signis ad effectus promissos. Quod si dicas, ratione figuræ disposita esse rarefacta ad recipiendas influentias signi cælestis, ad cuius similitudinem sunt efformata: Contra, quia ob illam figuram non reddantur illa artefacta aptiora ad recipiendas influentias signi, ad cuius similitudinem dicuntur efformata, quam si quamlibet aliam figuram haberent; quia figura leonis equi dissimilima est signo cælesti leonis, ac figura bouis, & hominis; quia illa nomina illis signis imposita fuere ob distinctionem, non ob similitudinem. Deinde ipsam cælestem figuram non est efficaciam ad effectus, quos hi impostores publicant. Ergo à fortiori non erit efficaciam figuram ad illius similitudinem efformatam; & ita esse superstiosum hunc vsum affirmat D. Th. loco allegato, & ibi Valent. disp. 5. q. 13. p. 2. col. 6. Suar. lib. 2. de superstitione, cap. 15. ad n. 18. Sanchez lib. 2. c. 40. n. 50. Less. lib. 2. cap. 43. dub. 10. n. 63. & c. 44. dub. 2. n. 12. Martin. Deltio lib. 1. disp. 96. mag. c. 1. q. 1. & c. 4. q. 1.

12. Ad idem caput superstitionis reducitur multorum vsum, qui dum ludant, neque eis fors feliciter succedit surgunt, & mutant locum, vt infelicem fortunam abiciant, & bonam concilient; si enim credant intentum consecraturæ, absque dubio peccatum mortale committunt; quia cum talis effectus sperari non possit à mutatione, neque à Deo; conuincitur sperandum esse à demone. At si non firmiter credunt ex mutatione intentum habituri, vt communiter contingit, sed sperant forte mutandum esse casu fortunam, non est superstitio mortalis: ita relato Alcozer lib. de ludo, cap. 2. paulo post princip. docet Sanchez lib. 2. decalog. cap. 40. num. 21. vbi bene aduertit consulere astrologos, qua hora ludendum sit, vt feliciter ludus succedat, vel in illo annullis vti mortale esse; quia ex astrologia sciri non potest quis Victor in ludo euasurus sit. Ergo si id agnoscerit est ex demonis scieria, quæ licet ad hæc futura non extendatur, illa tamen reuelat ignarus, & postea procurat effectum promissum implere, vt sic homines ad se pettrahat, & deceptos detineat.

13. Sed dubium non leue est de his (quos Hispani vocant *saluatores*) an eorum curatio, & effectus mirabiles, quos faciunt, tribuendi sint Magicæ superstitioni, vel Dei virtuti, vel causæ naturali: Causæ naturali non videntur tribui posse. Tum quia quibusdam precibus, & suo habitu, vel contactu morbis incurabilibus medentur, sanguinem detinent, canes rabidos interficiunt, pedibus nudis ignem conculant, & alia huiusmodi mirabilia faciunt, quæ causarum naturalium virtutem excedere videntur. Ergo vel virtute diuinitus, vel demonis auxilio operantur.

Hæc in re est prima Tententia approbans absolute hos saluatores: sic Azor. 1. 1. institut. moral. lib. 9. c. 25. q. 2. Nauarr. summ. c. 11. num. 36. Margarita conf. flor. quest. moral. fol. 85. Caltanega lib. de superstitione, cap. 12. Palaz. os summ. vt bo in contrariationes: Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 43. dub. 10. num. 63. circa finem; & Saues. Victor. de arte magic. q. 4. num. 16. in solut. ad 2. Nam esto dubius fuerit de hac virtute, tandem concludit se nihil velle in hac parte definire, cum ob bonum commune Deus hanc virtutem aliquibus concedat, vel illi ex complexione, & temperamento habeant, sicuti habuerunt Marci, & Pysylli. Ratio esse potest; quia gratia sanitarum in Ecclesia existit. Ergo credendum est his saluatoribus salutem ex parte communicatam esse: siquidem effectum illius videmus. Neque obstat gratiam sanitarum independentem esse à quibusvis verbis, & contractibus, vt videre est in Apostolis, & aliis Sanctis miraculosam sanitatem concedentibus, qui nullis verbis, vel signis determinatis vtentur, sicuti vtuntur hi Hispani saluatores; quia hi non habent plenè gratiam sanitarum, sed ex parte. Quibus autem ex parte gratia sanitarum concessa est, mirum esse non debent, vt dependenter ab aliquibus ceremoniis concedatur. Adde illam gratiam fortè non tam esse gratis datam, quam à natura concessam ex constellatione cælesti, spectata viuentis complexione, & temperamento.

Secunda sententia absolute reprobatur hos salutatores, ut superstitiosos: sic Cirudo de *superstit.* 3. p. c. 7. & probari potest, quia neque ex virtute naturali, neque ex supernaturali procedunt. Ergo censendi sunt ex virtute demonis operari. Antecedens probatur non operari ex virtute naturali, quia virtus naturalis non est alligata verbis, nec signis determinatis, qualibus hi salutatores vtuntur. Item non apparet, quomodo possint per virtutem naturalium in momento temporis effectus ita mirabiles operari. Ex virtute autem supernaturali credendum non est, tum quia hæc peccatoribus transeuntur tantum solet concedi, & ad aliquem effectum Ecclesie necessarium: permanenter tamen non solet flagitiosis hominibus concedi, sed virtus sanctis, & Deo maxime familiaribus. At hi salutatores permanenter illam gratiam habent, & ex alia parte regulariter sunt improbi, neque ob alium effectum gratia vtuntur nisi ob lucrum, & questum. Tum quia illa vtuntur per signa & verba determinata, quod alienum est à gratia diuinitus concessa.

14. Dicendum tamen existimo, si salutatores signis, & verbis ad curandum vtuntur credentes à quocunque vsurpentur, effectum esse habitura, proculdubio superstitionem committere mortalem, sic Lessius *lib. 2. cap. 43. dub. 10. num. 63.* Suarez *lib. 2. de superstit. c. 15. num. 25.* Sanchez *lib. 2. in decalog. c. 40. n. 47. vers. 8. est.* Probo, quia cum illis signis, & verbis annexa non sit naturaliter hæc virtus, relinquuntur, vt à Deo vel à demone illis fuerit annexa. At non constat neque auctoritate Doctorum, neque Ecclesie traditione à Deo illis verbis, & signis sanitatem annexi, aliis essent verba sacramentalia. Ergo recurrendum est ad demonem. Dices forte alicui sancto ob eius merita hæc gratia concessa fuit, vt à quocunque talia verba, & signa vsurpentur, illos mirabiles effectus faciat: quæ enim repugnancia in hac concessione inuenitur: Respondetur, esse de potentia Dei absoluta non inuenitur repugnancia, inuenitur tamen attenda eius ordinariæ prudentia, quia res humanas gubernat. Neque enim eius prouidentia videtur conueniens dari aliqua signa, & verba in Ecclesia de se efficacia ad illos mirabiles effectus præstandos, quin talia verba, & signa auctoritate Ecclesie essent approbata, & à Doctoribus cognita. Ne cuiuslibet liceret hæc via suas magicas superstitiones dissimulare.

Verum si salutatores virtutem concedant verbis, & signis non à quocunque factis, sed factis ab ipsismet saluatoribus distinctione vtendum est, si signa, & verba vana sint, vel ad effectus vanos eorum virtus extendatur, credendum est virtute demonis fieri. At si verba recta sint, & signa proportionata, præsumi poterunt virtute diuinitus concessa operari, maxime si sic operantes honeste viuant; aliis suspecti habendi sunt: sic colligitur ex Suarez & Sanchez, & Doctoribus, quos ipsi referunt locis allegatis. Priorem partem probatur: quia alienum est à diuina maiestate vt ad effectus mirabiles signis, vel verbis vanis, & multo minus virtutem concedere ad effectus vanos. Secundam partem mihi probat approbatio communis tum iudicium, tum confessio, quam pro se habent ij salutatores, atque personæ has gratias habentes, vt Rex Galliarum, qui suo contractu strumas curat. Quocirca diligenter ab ordinatis examinandi sunt antequam munus exercere permittantur. Nam si in potestate concessa signis, & verbis, & ad effectus vanos vtuntur, proculdubio repellendi sunt. Item sunt repellendi, si male viuant; quia non est præsumendum peccatori hæc gratiam sanitatis Deum permanenter concedere: sic Sanchez & Suarez *supra*. Quod si inquiras, quæ verba, vel signa reputanda sunt vana, & qui etiam effectus suspecti: Breuiter respondeo, verba vana esse, si neque ad sanctos, neque ad Deum dirigantur: nam eo ipso, quo in Dei honorem non cedunt, vana, & inutilia reputari debent. Signa, seu facta vana reputanda sunt, si nullam cum effectu operato videantur habere connexionem. Effectus item vanus est, si improbus sit, malus, vel nemini proficiuus, sic latet Suarez *lib. 2. de superstit. cap. 15. num. 11. & 12.*

15. Ex qua doctrina infero superstitionem esse vsurpantem tanquam vitia ad curationem, verba scripturæ in sensu improprio, aut falso, vt de se constat. Item affirmantem in præsentia alterius saluatoris maiori virtute præditi se nihil posse operari: quia siue sit virtus naturalis, siue supernaturalis ab eis non pendet. Item si dicat se alteri communicare virtutem curandi posse, quia hæc siue naturalis, siue supernaturalis sit personæ annectitur. Ex parte effectus censeri debet superstitionis. Primum, si ad mouendum aliquam statuum rotam progressiuo ordinaretur virtus, vel ab illa peteretur responsum: quia ad hæc vana nunquam Deus virtutem cedit, & naturalis esse non potest, vt bene dicit Valent. *vers. diximus præterea*. Secundo, si pedibus ignem conculcasset: quia talis miraculosus effectus, nullus videtur esse vilitatis; ac proinde non est præsumendum virtute diuinitus concessa operatum: ex virtute autem naturali hoc non videtur fieri posse. Idem à fortiori est, si valeat suo habitu aut tactu ven-

atos, vel morti proximis interficere: his enim mortem accelerare, tametsi bono fine fiat, est intrinsece malum; quia est innocentiū interficere. Ergo non potest ex virtute à Deo concessa fieri. Dari autem ad hunc effectum naturalem virtutem diffici- est, nec debet præsumi, in his consentit Sanchez *lib. 2. cap. 40. num. 47.* Curare autem inuocato nomine I & v Crucis signando, & vulnera tangendo, manu, vel habitu, aut panem à se tactum porrigendo, non videtur esse superstitionem, quia his actionibus potuit Deus virtutem annectare Sanctorum, loco allegato.

16. Difficile autem est definire, an virtus residens in saluatoribus licet operantibus naturalis sit, an diuinitus infusa? Nam esse diuinitus infusam probatur, quia non apparet quomodo ex individuali qualitate, & complexione obtineri possit virtus tantorum mirabilium paratiua. Quod vero naturalis censenda sit probatur esse pluribus ethnicis, & gentilibus concessa, vt testatur Azot. *lib. 9. cap. 25. q. 2.* quibus non videtur decess tale beneficium, si supernaturale est, concedi. Item esse similem virtutem in lapidibus, herbis aliisque animalibus. Cur ergo esse non poterit in hominibus? Deinde virtute naturali multi solo aspectu alios inficiunt: Ergo poterunt alij sic infictos sanare; cum natura procliuor sit ad bonum, quam ad malum. Fateor rationi stando me hanc in re indecivum esse. At motus auctoritate grauissimorum doctorum censio probabilius esse gratiam gratis datam, quia hæc via facilius intelligitur, quomodo effectus mirabiles fieri possint: sic Delrio *lib. 1. disquisit. mag. cap. 3. tota q. 4.* Azot. *lib. 9. in scriptur. moral. cap. 25. q. 2.* Nauart. *cap. 11. n. 36.* Sanchez *lib. 2. cap. 40. n. 49.* Lessius *lib. 2. cap. 43. dub. 10. n. 63.* inclinatur, Suarez *lib. 2. de superstit. cap. 15. n. 25. in princip. & num. 27.*

17. Secundum dubium in hac materia est de arte chymica, in qua fit transmutatio vilioris metalli in aurum, vel argenti, aliamve rem pretiosam; an inquam hæc transmutatio superstitionis sit? Qui affirmant virtute naturali hæc transmutationem fieri posse, consequenter à superstitione eam liberant, & contra affirmantes nulla virtute naturali fieri posse consequenter dicere debent superstitionem esse, quia Deus his rebus non se immiscet: rationes, & doctores virtusque partis expendi Martini Delrio *lib. 1. disquisit. magic. c. 5. q. 1. sect. 2. & 3.* vbi tanquam probabilis defendit veram esse transmutationem, & q. 4. contendit hunc artis vltimum esse.

Mihi tamen placet sententia Valent. 2. 2. *disput. 6. q. 43. par. 2. difficult. vlt. vers. est igitur tertia sententia*, cui videtur consentire Sanchez *lib. 2. in decal. cap. 40. n. 51.* esse igitur hominibus incognitam hæc naturalem transmutationem, quod optimis rationibus Valen. confirmat: & clare videtur probari, in *extranag. spondent. de crimine falsi*, vbi Ioan. 22. in hæc verba loquitur: Spondent, quas non exhibent, diuitias pauperes Alchymistæ, pariter qui se sapientes existimant in focum incidunt, quam fecerunt. Nam haud dubie huius artis Alchymia aleturum se proflores ludificat, cum lux ignorantie conficiat eos, qui supra ipsos aliquid huiusmodi dixerint, admittantur, quibus cum veritas quaerita non superat, dum certant, facultates exhauriunt, videmque verbis dissimulant figuratam, vt tandem quod non est in reum natura, esse verum aurum, vel argentum sophistica transmutatione contingant, eoque interdum eorum temeritas damnata, & damnanda progreditur, vt fides (seu fictis) metallis eundem publicæ moneat characteres hinc oculis, & non alias alchymicum fornacis ignem vulgum ignorantem eludat. Ex quo verissime deducitur Valent. studium illud chymicum esse committere indifferetum, periculosum, & illicitum. Esse indifferetum constat, quia contra discretionem, & prudentiam est studium assumere, quod euident mortaliter est, nullum esse effectum habitum. Est etiam periculosum, quia timeri potest, ne demon se tali studio ingerat, vt eos decipiat. Est etiam in publica perniciosa, quia hæc vana, & inutili spe consequendi diuitias, homines decipiunt, & tuti spe consequendi diuitias, homines necessarios non tempus terunt, & pecunias infumunt; & rebus necessariis esse attendunt. Ex quibus constat tale studium illicitum esse, quodque satis insinuat supradicta constitutio graui infamia, aliisque penis hos alchymistas afficiens, & eorum studium auxiliantes, aureque ab ipso fabricato videntes. Inquit enim Pontifex Hanc itaque artem perpetuis volentes exaltemperibus hac edictali constitutione sancimus, vt qui contra huiusmodi aurum, vel argentum fecerint, vel fieri fecerint facta mandauerint, vel ad hoc fecerint, dum id fieri, factis fuerint ministraverint, aut scienter vel auro, vel argento vti fuerint vendendo, vel dando insolentem verum tantum ponderis aurum, vel argentum, penæ nomine inferte cogantur in publicum pauperibus erogandum, quanti Alchymici existat. Et ca quod eos aliquo prædictorum modorum legitime constituerit deliquisse, facientibus nihilominus aurum, vel argentum Alchymicum, aut ipso vt permittitur, scienter vti vti perpetuæ infamiae nota respectis.

18. Restat dicere de tertia Superstitionis specie, in qua vana assumuntur ad proximorum nouicium: de qua in ratione

ratione superstitionis, nisi in speciale notandum occurrit prae-
supradicta. Est tamen haec species omnium detestabilissima
ob peccata iniustitiae, quae sicum trahit: omnia enim nocu-
menta, quae magicis illis superstitionibus à dæmone fiunt, Ma-
go tribuuntur, quia ipse illorum causa est utens dæmone vt
ministro ad illa operanda.

PUNCTUM XI.

An licitum, vel obligatorium sit tollere maleficia,
seu effectus per maleficia
comparatos?

SUMMARIUM.

1. Effectus bono, esto male comparato, si à dæmone in consueta
non pendet, uti poteris absque ulla superstitione.
Secus si à dæmone pendet.
2. Si effectus maleficij alteri nocivus est, teneris medijs om-
nibus illicitis remedium procurare.
3. Licitum est, & aliquando obligatorium medijs supernatu-
ralibus uti ad curandos maleficij effectus.
4. Naturalia remedia licita per se sunt, & Mago obligatoria,
si illa nocumentum factum reparari possit.
5. Non licet Mago maleficij nocumentum reparare alio ma-
leficio, tamen si alia via ad damnum reparari non possit.
6. Non licet iudici causa curiositatis, vel alterius finis pra-
cipere Mago, vt maleficium coram se faciat.
7. An liceat maleficium destruere? Proponitur dubitandi
ratio.
8. Certum est licitum esse Mago hac signa data à dæmone
destruere.
9. Imo non solum licitum, sed obligatorium ex charitate est
in eo, qui conscius illorum fuerit.
10. Adde licere signa contraria apponere si debito fine appo-
nantur.
11. Satisfit rationibus, n. 7. adductis.
12. Quid liceat iudicibus circa maleficos.

1. **P**remitto. Primo effectum maleficij duplicem esse
alium in se bonum, alium alteri nocivum; & uterque
potest esse independens à dæmone, vel ab illo dependens, si
effectus in se bonus sit, qualis est salus scientia, & pecunia
dæmonis arte comparata, neque à dæmone in consueta pen-
deat, poteris illam retinere, eisque vi, quia in illorum usu
nullam cum dæmone societatem habes, sed potes pœnitere
societatis habitae, & re naturali vi, ac si à Deo tibi esset diu-
nitus concessa: neque enim ex concessione dæmonis aliquam
habet maculam: sic Martin. Delrio lib. 2. *disquis. mag. q. 4. li-
t. F. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de superstit. cap. 15. n. 24. in
fine. & cap. 17. num. 1. & 2. Valent. 2. 2. diff. 6. q. 4. st. 13. p. 2. col. 5. vers. quarto neque. Sanch. lib. 7. de matrimo-
n. dist. 96. num. 4. & lib. 2. cap. 4. num. 1. & cap. 2. num. 20. Victoria de Magia quæst. 4. num. 19. Solum in retentione diu-
nitatum, & aliorum bonorum exteriorum est advertendum
sæpe fictitia esse, & illusoria, & sæpe ab alijs subfata. Qua-
propter vt illorum usus tibi licitus sit, constare tibi debet veras
esse diuinitas, & ignorare esse ab alijs subfatas: dum enim
ignoras ab aliquo subfata esse, præsumere poteris ex profundo
maris, vel aliquo thesauro, aut minerali sub nullius po-
testate existente deductas esse: sic Suar. 1. 1. de Relig. lib. 2.
de superstit. cap. 17. num. 3. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 4. 1. num.
2. Bonac. diff. 5. de primo decal. prac. q. 4. p. 5. num. 11. in fi-
ne. Verum si effectus maleficio comparatus à dæmone pen-
deat, tamen si in se bonus sit; nequaquam licebit illum sic re-
tinere; quia talis retentio esset quædam cum dæmone confe-
deratio. Vnde si salutem, diuitias, scientiam promiserit tibi
dæmon consecratur, quædam tali caremonia visus fueris, ne-
quaquam tibi licet tali caremonia uti, esto omnia illa bona
amissurus sis; quia non licet maleficio uti ad beneficium ob-
tinendum: sic Suarez expressè. lib. 2. de superstit. c. 17. n. 2. &
est omnium sententia.*

2. **P**remitto. Secundò, si effectus maleficij alteri nocivus
sit teneris, medijs omnibus licitis eorum remedium procura-
re. Quia teneris omnibus iniuriam facere, & factam quoad
possis reparare: sic ex omnium sententia supponit Suar. lib. 2.
de superstit. c. 17. n. 13. & Sanch. lib. 2. in decal. c. 4. n. 23. &
24. Difficultas autem est in decidendo quæ media licita
sunt. Quædam enim sunt supernaturalia, quædam naturalia,
quædam supersticiosa.

3. **E**t quidem licitum esse, & aliquando obligatorium medijs
supernaturalibus uti ad curandos maleficij effectus, indubi-
tatum est: quia ad hæc sunt instituta, illisque mouetur
Deus, ne amplius nocumentum permittat. Hæc multiplicia
sunt. Alia sunt generalia pro omni beneficio consequendo,
damnoque vitando, nempe oratio, cum sæpe, & fiducia,

exercitium bonorum operum, misericordiæ, humilitatis, &
penitentiae, vsus sacramentorum, confessionis, & Eucha-
ristiæ, & reliquiarum sanctarum gestatio, & veneratio. Alia
hunc effectum specialiter ab Ecclesia dirigitur, vt sunt
exorcismi Ecclesiæ, quibus Ecclesia dæmones adiurat,
& à nocendo detinet. Item aqua benedicta, sal & panis
benedictus, quæ ex precibus Ecclesiæ vim habent ad dæmo-
num potestatem coercendam; mouetur enim Deus his preci-
bus assistere, protegere, & defendere talibus sacramentalibus
munitum. Alia item ratione suæ significationis specialem vim
habent dæmones coercendi. Hæc sunt, signo se crucis munire,
quo sanctissimam Trinitatem veneraris, memoriam Passionis
Christi recolendo; illo enim signo Christum crucifixum res-
fers, & diabolo obicit, quod illi durum est; quia videt illo si-
gno esse victum, & superatum, & adhuc diuinam virtutem ibi
assistere. Deinde est inuocatio nominis Iesus; quia obicitur il-
li Iesus, à quo fuit victus, & quia huic nomini non solum cœ-
lestes, & terrestres, sed etiam infernales potestates subduntur.
Vide de his remedijs Martin. Delrio lib. 6. *disquis. mag. cap.
2. q. 3. & sect. 3. Lessium lib. 2. de iustitia, cap. 44. nota d-
bitat. 5. Dixi aliquando esse obligatorium his remedijs spi-
ritualibus uti; quod quando hoc sit ex iis quæ diximus tum
de orationis obligatione, tum de charitate in proximum col-
ligendum est.*

4. **N**aturalia remedia licita per se sunt, & Mago obliga-
toria, si illis nocumentum factum curari, repararique possit.
At ratio hæc remedia naturalia efficaciam habent, dum dæ-
mon à nocendo non desistit, quia ipse vim medicamentorum
facile potest elidere, vel contraria apponendo, vel vias ob-
struendo, vel se interponendo: sic Lessius *dicto dub. 5. n. 28. Suar. lib. 2. de superstit. c. 17. n. 7. Superstitiosa remedia voco,
quæ ex pacto dæmonis, & arte magica fiunt. Et de iis certa sen-
tentia est in nullo casu licere: quia in nullo casu licet uti opera
dæmonis, & eum illo commercium, & Societatem habere;
quia est intrinsecè malum: sic omnes doctores.*

5. **E**x quo fit primo, nullo modo licere Mago maleficij no-
cumentum reparare alio maleficio, tamen si alia via damnum
reparari non possit; quia non sunt facienda mala, vt inde eue-
niant bona: & tradit tanquam de fide certum plures referens,
Sanch. lib. 7. de matrim. dist. 95. n. 1. & lib. 2. in decal. c. 41.
n. 3. Neque obstat *lex coram. 4. Cod. de Maleficijs, & lex regia
fn. tit. 2. 3. part. 7. excusans maleficos maleficijs vtentes non ad
maleficiendum, sed ad maleficia impedienda: non vt rectè
Sanch. supra, & Suar. lib. 2. de superstit. c. 19. n. 14. alios refe-
rentes, non excusantur supradicta culpa, sed à pœnis alijs per
leges impositis; quia non peccabunt contra iustitiam.*

6. **S**ecundò fit non licere iudici causa curiositatis, aut al-
terius cuiuscunque finis præcipere Magis, vt maleficium coram
se faciant; quia esset eorum peccato cooperari: sic ex-
pressè Sanch. lib. 2. in decal. c. 41. n. 4. His tanquam certis
præmissis.

7. **D**ifficultas versatur, an inter media supersticiosa com-
putanda sit maleficij destructio; Soler enim dæmon cum
Mago pactum inire, vt stante globo capillorum, aliaque simi-
li re in tali loco, ipse nocebit: & ratione huius pacti non
obligatur illa destructa à nocumentis inferendi cessatione, sed
liberum est continuare nocumentum, vel ab illo desistere.
Aliquando tamen erit cum Mago pactum non solum de no-
cumento inferendo, dum illa res perseverauerit tali loco, sed
quod illa destructa, vel à tali loco remota, à nocumento des-
sistet. Difficultas ergo est; an tale signum liceat destruere, Et
ratio difficultatis est; quia illius destructio est quoddam si-
gnum datum à dæmone sanitatis obtinendæ: sed nemini licet
obtinere sanitatem vtendo signis datis à dæmone; quia esset
dæmoni associari, & sanitatem ab eo obtinere. Ergo. Et con-
firmo. Ponamus dæmonem sic cum Mago pacisci, dum hic an-
nullus perseverauerit, non desistam à nocumento Petri, illo
tamen destructo, non solum à nocumento Petri cessabo, sed
insuper media applicabo, quibus integrè salutem recipere: si
destruas anulum, tacite consentis dæmoni pacto, & vis ab eo
salutem integram recipere. Ergo consecutio illius sanitatis est,
per medium supersticiosum. Deinde si liceret signa destruere,
quibus dæmon promittit à nocumento desistere, & insuper sa-
lutem integram concedere, liceret utique medijs alijs postivis
vti, si ipse dæmon promitteret non cessaturum à nocumento,
quousque illa apponeretur. At hoc non videtur dicendum; quia
iam inde conuincens te vt medijs à dæmone datis ad effectus
ab illo obtinendos. Quod autè eff. d. s. quem præteritis obrinere
re priuatius sitan possivus, non videtur à superstitione excu-
sare. Non enim à superstitione excusatus esset, si dæmon pro-
mittente vtenti aliquo signo etiam bono nunquam tenatoro,
tu vt hanc securitatem obrineres, signo illo fueris vsus. Talem
confirmatur exemplo sancti Hilarionis, qui (vt refert Hero-
nym. in eius vita) noluit inquirere, nec remouere signa, quibus
dæmon affirmabat se esse ligatum, ne aut solitis incantationi-
bus recessisse dæmon videretur, aut ipse sermone eius accõm-
dasse finem. Ergo obligare dæmonem exire remouendo signa,
si que

lib. 6. *disquisit. magi. c. 2. sect. 1. q. 2.* Lessius lib. 2. c. 44. *sub. 6. n. 46.* Sanchez lib. 2. in *decal. c. 41. n. 7.* Bonac. *disp. 3. de primo decal. precepto q. 5. p. 5. num. 8.* Idem est, si petas ab alio maleficio dissolutionem maleficii, qui tamen ignarus est maleficii, & loci ubi positus est; quia tacite petis, ut maleficio fiat, cum alia via praeferre non possis illum scire, quomodo maleficio sit tollendum. Sanch. Lessius, Suar. & Delrio supra.

3. Difficultas autem est; an cum maleficio scit media licita, quibus maleficio dissolvatur, credis tamen illis vsurum non esse, sed potius alius iniquis, possis ab illo dissolutionem maleficii petere; Negat Caiet. in suis opusculis t. 2. *tract. 12. de maleficijs q. unica in fine corp.* Mouetur, quia peccato altius cooperaris, eo quod petas dissolutionem, quae in his circumstantiis nequaquam licita erit. Item petis dissolutionem non a quocunque faciendam, sed faciendam a Mago. At tibi constar hanc futuram esse peccaminosam. Ergo petis dissolutionem peccaminosam. Ergo peccas.

4. In hac primo certum est, si probabiliter credas Magum medijs licitis dissoluitur maleficio, te posse ab illo absolute petere, quia & rem licitam petis, & nullo periculo peccandi Magum exponis, sed potius ad bonam actionem incitas. Idem dico, si dubius sis, an medio licito dissoluitur sit, an illicito; quia in tali dubio praeferre debes medio bono vsurum, cum peccatum praesumi non debeat: Sic Suar. lib. 2. de *superstit. cap. 19. num. 9.* Sanch. lib. 2. in *decal. c. 41. n. 12.* Quod si certus moraliter sis medijs licitis maleficio dissoluitur, tamen licitis possis; quia vtraque media licita, & illicita optime noveris, credo multo probabilius, tibi licere absolute dissolutionem maleficii postulare: sic plures referens Sanch. lib. 7. de *mar. disp. 95. n. 11. & lib. 2. in decal. c. 41. n. 13.* Lessius lib. 2. de *iusur. cap. 44. sub. 6. n. 46.* Suar. t. 1. de *relig. lib. 2. de superstit. cap. 18. n. 9.* Neque dissentit Martin. Delrio lib. 6. *disquisit. mag. c. 2. sect. 1. q. 2. dicto 4.* ut recte aduertit Suar. supra solum enim loquitur in casu quo speratur Magus per maleficio dissolutionem, quia ignorat media licita, quibus dissolutionem est: in quo casu iam diximus nequaquam dissolutionem peti posse. At quando scit Magus media licita; tamen illis vsurum non sit, optime potest ab illo peti maleficii dissolutionem. Ratio est; quia postulas rem indifferentem seu de bonam, nepe dissolutionem maleficii. Quod autem maleficus eam vitiet iniquis medijs vtens, non tibi imputandum est, quia tu non petebas vitiosam dissolutionem, sed dissolutionem, quam maleficus absque vilo vicio concedere poterat. Quod optime confirmatur exemplo petentis mutuum ab vsurario; quia scis non concessurum sine vsuris; & petentis iuramentum ab infideli, quem scis per falsos Deos iuraturum in quibus ferre omnes contentant licitam esse petitionem; quia quod petis licitum est, & licite fieri potest, tamen non licite concedatur. Sed idem profectus est in presenti casu; petis enim dissolutionem, quae licite fieri potest, tamen alius inique faciat, cuius peccatum non tibi tribuendum est, cum iustam habueris causam petendi.

5. Et ex his soluitur contraria ratio. Fateor te non petere dissolutionem maleficii vagè sumptum, & neque etiam petere dissolutionem, quam Magus facturus est sed petere dissolutionem, quam ipse Magus facere potest: cum autem ipse Magus non solum illicitam dissolutionem maleficii, sed licitam facere possit: efficitur sane, te petere non magis illicitam, quam licitam, imò potius censeri debes te licitam petere. Neque obinde censeri eius iniquam actionem approbare, sed solum permittere ob vigentem tuam necessitatem, sicuti permittis vsurarium exactionem ob necessitatem mutui. Aduerto tamen in exactione vsurarium ratio praesumi posse approbationem, cum soluenti damnosa sit, id est: ob scandalum ex parte acceptantis mutuum sub vsuris ratò, vel nunquam adeat. At in dissolutione maleficii per aliud maleficio, cum nullum damnum petenti adveniat, raro ab scandalo excusabitur, nisi modum petitionis, & causam iustam petendi integrè manifestet: sic Sanch. lib. 2. c. 41. n. 14. Suar. t. 2. de *relig. lib. 3. de iuram. c. 13. num. 11.*

6. Duo tamen haec in re aduertit Suar. t. 1. de *relig. lib. 2. de superstit. cap. 18. in fine.* Sanch. lib. 6. de *marim. disp. 95. n. 12. in fine.* & lib. 2. in *decal. c. 41. n. 15. & 16.* Primum est, ut cesset ex parte petentis omnis cooperatio magicæ superstitiosis, quia hanc esse iustitiam malam clarum est. Quapropter si Magus velit tibi, tuisque animalibus mederi applicando illis aliquas medicinas, vanas & tu adis, nequaquam id permittere potes, quia non est tibi permissio magicæ superstitiosis, sed vera illius cooperatio; eo quod Magus tibi, tuisque rebus in tua praesentia absque tuo consensu nullas potest medicinas applicare. Vnde si consentias, consentis es vti opera Magi in tua curatione: consentit Lessius lib. 2. de *iusur. c. 34. in fine.* Secundum, quod aduertunt, est, te obligatum esse petere dissolutionem maleficii a maleficio modo licito, & ad illum expressè excitare, si speres obtinendum: quia lege charitatis teneris, quando commode potes proximi peccatum vitare. Neque vllus est qui possit in hac parte dissentire.

7. Sed inquires: an à diabolo possis petere, vel mandate, *Ferd. de Castro Sum. Mor. Paris 111.*

ut maleficio dissolvatur, vel à nocentio cesset? De petitione clara est resolutio, te nullo modo posse, quia petitio est signum submissionis, & indigentiae in petente, & superioritatis, & potestatis in eo ad quem petitio deferretur. At hominem Christi sanguine redemptum te demoni submittere, & potestati eius auxilio, & ope indigere, illamque ut potentem ad subueniendum recognoscere, est gravissima divina maiestatis iniuria: sic Mart. Delrio lib. 6. *disquisit. mag. c. 2. sect. 1. q. 2. dicto 4.* Suar. lib. 2. de *superstit. c. 18. num. 5. & 8.* Sanch. lib. 7. de *mar. disp. 95. n. 11. & lib. 2. in decal. c. 41. n. 17.*

8. De precepto maior est dubitatio; eo quod praecipiens se quasi superiorem recognoscit, & quodammodo cogit eum cui preceptum imponit. At cogere demonem, ut contra eius voluntatem maleficio dissolvatur, & a nocendo cesset, molestum illi est, & consequenter inhonorarium. Ergo licet Carterum omnino tenendum est tale imperium (seclusa divina virtute, seu in nomine Christi, & Ecclesiae per exorcismos) vanum esse, & superstitiosum; quia demon homini mortali non subditur, neque ab illo cogi potest, nisi in virtute alicuius pacti cum ipso, vel cum demone superiore factoque proinde qui tali impetio vitatur, innuit vel cum demone imperato, vel cum alio pactum fecisse. Ergo tali precepto demoni cesset deferretur: sic Victor. relect. de *Magia n. 20.* Suar. lib. 2. de *superstit. c. 18. n. 8.* Sanch. *locis citatis.* Bene tamen poteris demoni indagari illamque obviare, & temere dicendo: Ve quid male facis, cessa malefacere, vincula iniquitatis dissolve. Non enim haec verba semper preceptiva sunt sed obviatoria, sicuti dicis cani molesto: ab hinc Sanch. Suar. & Less. in *nova edit. lib. 2. c. 44. n. 45.*

PUNCTUM XIII.

Quae sint poenae diuinatoribus, sortilegijs, & maleficijs impositae, & quae illorum obligatio.

SUMMARIUM.

- 1 Nulla poena praeter excommunicationem his superstitiosis hominibus est imposita.
- 2 Expenditur an excommunicatione ipso iure afficiantur & videtur probabilita non incurri, si ab haeresi separantur.
- 3 Poenae ferendae expenduntur, & praecipue poena suspensionis haeresis.
- 4 Praeter suspensionem si clericus est, ab officio suspenditur, & in monasterium detrahatur, imò à beneficio suspendi potest.
- 5 Si laicus est, varijs afficitur.
- 6 Quis sit iudex huius criminis?
- 7 Expenditur modus procedendi in iudicio huius criminis.
- 8 Declaratur obligatio, quam habet maleficus commensusus.

2. **A**liae sunt poenae ipso iure latae, aliae ferendae per iudices. De vtroque breviter dicendum est, latius de prioribus, quia forum conscientiae respiciunt. Poenae ipso iure latae possunt esse censurae; & quae ad censuras reducuntur, nempe irregularitas, & inhabilitas. De his ergo certa regula est, nullam esse his maleficijs impositam, nisi forte excommunicationem: sic Sanch. lib. 2. in *decal. c. 38. n. 30.* Suar. lib. 2. de *superstit. c. 19. n. 3.* & supponunt omnes referendū, quia solum de excommunicatione dubitant, an hi diuinatores, Magi, & malefici afficiantur? Affici affirmant Tabiena verb. *Excommunicatio 1. casu 4.* Martin. Delrio lib. 4. *disquisit. magi. c. 2. q. 7. sect. 4.* Probat primo, ex *cap. aliquanti 26. q. 5.* ubi de feudente auguriis dicitur ab Ecclesia haberi extraneus. Sed est infirma probatio, cum facile explicari possit post sententiam. Secundo probant ex *c. si quis Episcopus, eadem causa. q. 9.* ubi dicitur: Si quis Episcopus, aut Presbyter, sine Diacono, vel quilibet ex ordine Clericorum magos, aut aruspices, aut incantatores, aut ariolos, aut certe augures, vel sortilegos, vel qui profectur autem magicam, aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suae suspensus monasterij curam suscipiat, ibique poenitentiae peccatae deditus seculi admittam sacrilegij soluat. At in hoc textu de suspensione, seu depositione est sermo, non de excommunicatione, neque est ipso iure lata, sed ferenda, ut constat ex illis verbis, si deprehensus fuerit, suspensus monasterij curam suscipiat, id est suspendatur, & monasterij curam suscipiat. Tertio probant ex *c. si quis ariolos, eadem causa. q. 9. ibi:* Si quis ariolos, aruspices, vel incantatores observaverit, aut phylacterijs usus fuerit, anathema sit: & c. *sortes* sub anathematis interdicto prohibemus. At haec verba non cogunt nos affirmare excommunicationem: esse ipso iure latam. Tum quia indifferentia sunt, ut tempus futurum, vel praesens significant, & in casu dubio pro mitiori parte est interpretatio facienda: colligiturque ex

c. si quis ex clericis de vita. c. honest. clericor. & c. si quis, 301. dist. & utroque loco glossa, ubi sildem verbis non excommunicatio lata, sed ferenda imponitur facitque hunc sensum; anathema sit, id est anathemate feriatur, & licet in decretis pertinentibus ad fidem, verba illa, anathema sit, indicent hæreticum esse, seu ab Ecclesia separatam, at in aliis id non indicat, sed separationem faciendam denotant. Tum quia commune est decreta dubia nouiora ex antiquis explicari, vt bene probauit Thom. Sanch. lib. 2. de matrim. dist. 24. n. 6. Sed in decretis prioribus semper pro hoc delicto est sententia ferenda, & non ipso iure lata, vt constat ex decretis allegatis, & aliis quæ referuntur illa causa, c. 9. Tum quia hæc verba non tam excommunicationem, quam detestationem, & execrationem proprie denotant, iuxta illud 1. Cor. 12. Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesus, id est, nemo Iesus excommunicatur, c. 16. Et qui non amat dominum nostrum Iesum Christum sit anathema, id est sit execrabilis, & detestabilis. Ergo ex supradictis rebus non conuincitur ipso iure excommunicatio: Tandem solet probari ex Extrauag. Ioan. XXII. quæ incipit: Super illius, quam ad verbum refert Eymeric. direct. inquisit. 2. p. q. 44. & ibi Pegna com. 68. In qua fertur ipso iure excommunicatio solum aduersus invocantes demones illum alligantes in re aliqua pactum inuentes, aut aliquo modo adorantes, si aliquid horum scienter facere præsumpserint. Verum hæc constitutio inter extrauag. illius Pontificis non habetur, neque in decreto, neque in bullatio Romano edito anno 1386. Quapropter non videtur recepta, ita vt vim obligandi habeat. Cum ergo certum sit, nullam censuram incurri, nisi in casibus à iure expressis, neque pœnas imponendas esse in casu dubio: efficitur sanè nullam censuram ipso iure his maleficis esse impostam. Adde est tempore Greg. II. relati in cap. si quis Ariolos ob frequentiam arolandi fuerit excommunicatio ipso iure imposta, conuentione tamen abrogata iam est; & ita tenet Sanch. lib. 2. in decal. c. 38. n. 91. Suar. t. 1. de Relig. lib. 2. de superst. c. 19. n. 5. c. 6. Lessius lib. 2. de iust. c. 43. dub. 5. n. 29. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 9. c. 26. q. 3. Bonac. disp. 3. de primo decal. præcepto q. 5. p. 3. n. 12. Verum esto excommunicatio ipso iure non incurrat ob hoc delictum, si separatum ab hæresi sit, tamen quia sæpè hæresis illi adiungitur, ob hæresim manentem ipso iure excommunicatur.

3. Pœnæ ferendæ iis diuinatoribus, Magis, & maleficis sunt plures tam iure canonico, quam ciuili. Aliquando enim crimen committunt hæresi coniunctum aliquando non, vt de se constat, & colligitur ex cap. accusatus; S. sanè de Hæreticis in 6. Si cum hæresi coniungatur, vel illius suspicio sit pro qualitate suspitionis, & atrocitate criminis purgatio, & pœnitentia imponenda est, iuxta ea quæ diximus tractat. de fide, ubi de hæresi suspectis. Quod si roges, quando hanc hæresis suspitionem maleficis contrahat? Respondeo hæresis suspitionem manifestè maleficum contrahere, si expressè cum demone pactum fuerit, vel ab illo petat, quæ à solo Deo fieri, & cognosci possunt. Item si illum adoratur, eique cultum exhibet, præter fundit, quia denotat illum nõ credere esse miserum, Item si sacramenta, seu sacramentalia, & quilibet alias res sacras misceat in maleficij vsu, quia significat res sacras virtutem habere ad vsu execrabilem, & generaliter omnia illa crimina, quæ natura sua præferunt aliquid, quod est hæresis manifesta, sapient hæresim manifestè vt baptizare imagines, significat enim capaces esse baptismi, rebaptizare puerum; quia denotat non esse vnum baptismum, genua flectere idolo, quia denotat dignum esse adoratione, & his similia: sic Simanc. de Catholic. instit. 2. 30. n. 15. c. 11. c. 62. n. 2. c. 3. c. 11. c. 63. n. 29. c. 34. Azor. t. 1. instit. lib. 9. c. 26. q. 4. Julius Clarus lib. 5. verbo hæresis n. 24. c. 25. optimè Eymeric. 2. p. direct. q. 42. c. 43. & ibi Pegna com. 67. c. 68. Extra hoc casus affirmat Pegna com. 67. & Suar. lib. 2. de superst. c. 19. n. 10. suspitionem hæresis cessare. Vnde si consulas demone absque illius cultu, & adoratione in iis quæ ipse secundum suas proprias vires facere potest, præcipue si non ex professo, & quasi ex officio fiat, à suspitione manifesta hæresis liberatis, Suar. loco allegato. Pegna com. 69. vers. sed hoc cum distinctione recipit. Farinac. pluribus relatis q. 181. n. 76. Item vocare demone, vt turpem amorem in aliquo excitet absque submissione, adoratione, & cultu non videtur hæresim sapere manifestè, quia non est effectus excedens eius naturales vires: sic aliis relatis Pegna dicto comm. 68. vers. si vero c. vers. reuertis casus, optimè probat inuocationem præcise demonis non inducere hæresis manifestam suspitionem, si se moueat omnis cogitatio subiciendi se demonibus, omnique exterior cultus, & reuerentia, tamen contrarium probabilitate non caret, vt defendit Azor. t. 1. instit. moral. lib. 9. c. 26. q. 4. & pro vtraque videri potest Farinac. de hæresi q. 181. n. 73. c. seqq.

4. Quod si suspitionem hæresis seculas ab hoc delicto, ipsam ratione sua maleficæ variè puniunt tam iure canonico, tum ciuili, si clericus est, suspenditur ab officio, & in monasterium detraditur, iuxta Text. in c. si quis Episcopum 25. q. 1. imo priuari potest beneficio aliisque pœnis affici, iuxta Text.

in c. illud. 22. q. 2. c. in eademoneant. 26. q. 7. Debet ergo index considerare qualitatem, & quantitatem delicti secundum ea pœnas imponere, & tempus earum prorogare, vel dimouere, iuxta Text. in c. Tria de pœnis, c. c. pœnitentibus & c. pœnitentibus 26. q. 7. sic Panorm. in cap. 2. sortilegus, & cap. ad moneant. 26. q. 7. quem sequitur Bernard. Diaz præf. c. 207. & ibi Salzedo, Suar. lib. 2. de superst. c. 19. n. 12. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 9. c. 26. q. 3. Paul. Grilland. tract. de sortileg. q. 11. Farinac. de hæresi q. 181. n. 51. & 52. ubi plures doctores refert. Neque audiendus est Anton. de Butrio. cap. asf. clerici, de Indictis, qui ob hoc delictum exstimat clericum esse degradandum, & curiæ seculari tradendum, & mouere ex Textu in cap. ad moneant. 26. q. 7. qui textus quoad hæc verba, si quis hæc exercuerit, clericus degradetur, laicus anathematizetur: non legitur in August. neque in Concilio Turon. III. c. 42. neque in capitularibus, sed solum apud Burchardum & Iuonem, vt notauit glossa noua, ibi. Adde verbum degradetur optimè intelligi posse de degradatione verbali, seu depositione: & ita cum textus intelligit Panorm. Suar. Bernard. Diaz, & alij supra.

5. Verum si laicus est, variis pœnis afficitur, vt constat ex variis textibus. 26. quæstio 5. tum excommunicatione, tum ex illo, tum carcere, tum verberibus: consuetudo tamen iam obtrinit, vt committens hoc delictum docatur per vias publicas, cum mitra, melleque vinctus & plumis circumcinctus, vel circa Ecclesiam, vel domum Episcopi collocetur, vt ab omnibus illudatur: sic relati Abbate in capite primo, de Sortileg. docent. Farinac. Salzedo, & Suarez supra, & probat textu in cap. Episcopi 26. q. 5. ibi, & si aliquem vitium, aut mulierem huiusmodi clericis pœtoribus inueniant turpiter dehonestatum, de parochiis suis deiciant, & leg. 4. riuolo 31. p. septimo, ad finem, ibi: ò le ponen en deshonra en la picota, ò le desnuda haziendo estar al sol mandado de miel, porque le coman las moscas alguna hora de dia. Pena autem mortis, & cremationis, quæ iure ciuili iis delinquentibus statuta erat. Leg. Nemo, leg. Nullus l. multi. Cod. de Malefic. recepta non est, vt testatur Farinac. supra. Erripere ista simul cum illo debito alia gratia delicta, vt homicidij, venerationis domus, segetum, & cetera animalium, & à familia in damnum tertij committantur. Quia tunc debent sic puniri, & merito.

6. Quis autem sit huius delicti index, seu ad quem forum pertineat? Dissingendum est, si delictum sapit hæresim manifestam, ad inquisitores priuatiue pertinet, iuxta Textum in cap. accusatus, de Hæreticis in 6. ibi nisi hæresim saperent manifestè, & tradit Farinac. de hæresi, quæst. 181. numero 101. in fine. Quod si dubium est, an sapiant hæresim manifestè, abstinere debent inquisitores ab illius cognitione, vt bene notauit Glossa, ibi verbo manifestè, & adducit textum similem in c. 1. de censibus, eodem lib. c. cap. 1. de Pœnit. in 6. confertur Ioan. Rojas singul. facti 116. Martin. Delrio lib. 3. magic. sect. 2. Farinac. de hæresi, quæst. 181. num. 91. Ad dantque Martin. Delrio, & Farinac. vix vquam incidere casum, in quo inquisitores procedere nequeant; quia fere semper aliquid hæreticum credunt, aut hæresim sapientes committunt. Adde, si inquisitores experitur cognoscere, quia delictum indicat est hæresim sapere manifestè, & postea suboritur dubium, an manifestè sapiat hæresim, postea quod hæresim sapit, poterunt de hac qualitate manifestè ipsi cognoscere, & le iudices pronuntiare: sic Pegna 2. p. direct. q. 42. com. 67. infra, cum Panorm. in cap. 1. num. 1. de Sortileg. Bernard. Lomen. in lucerna, verbo inquisit. §. 19. Squallent. de fide castel. cap. 56. Carret. tract. de hæreticis, num. 42. Et generaliter de huiusmodi criminis maleficij possunt cognoscere inquisitores ex constitutione Innocent. V III. edita anno 1484. incipiente summis desiderantibus affectibus, c. ex constitutione Adrian. IV. edita 1523. & alia Alexand. VI. incipiente, cum acceptimus, quas refert Pegna post. direct. inquisit. & testatur aliis relatis Farinac. dicta quæst. 181. num. 101. Item ex constitutione Sixti V. contra Astrologos iudicarios inquisitoribus restatur Farinac. subiciat ariem superstitionis diuini proficentes, adfidentes, exercecentes, aut quomodolibet se ingeentes, etiam si in plerisque his casibus antea non procederent, nec procedere valerent. At si delictum suspitione hæresis caret, si delinquens clericus sit, à suo iudice Ecclesiastico puniri debet: si autem laicus fue vit, siue femina à iudice seculari, vel Ecclesiastico ad prauentionem? quia est delictum mixti fori: sic Abbas in cap. 1. de Sortileg. c. 3. c. 4. Julius Clarus lib. 5. verbo hæresis, num. 25. Castro lib. 1. de iust. hæretic. punit. c. 16. Suar. cap. 19. num. 11. fine. Valent. 2. 2. disp. 6. quæst. 15. par. 4. statim in princ. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 38. n. 92.

7. Modum vero procedendi in hoc delicto optimè tradit Petr. Binsfeld. de confess. malefic. c. sagar. 2. p. Malefic. malefic. 2. c. 3. p. Martin. Delrio lib. 5. per totum aliquis malefic. Gregor. de Valen. 2. 2. disp. 6. quæst. 13. punit. 4. Et ex illis sic breuiter accipere. Vt index aduersus aliquem de maleficis specialium inquisitionem instituat, debet præcedere infamiam delicti


Orta ex vitiis probis, & fide dignis, iuxta Textum in cap. inquisitionis, de Accusationib. vel semiplena illius probatio, quæ conlurgit ex testimonio vnius testis omni exceptione maioris, aut talibus iudiciis roborato, vt æquiualeat tali testimonio, vel adesse debent iudicia ita vrgentia, & plene probata, vt merito eis fides adhiberi possit, qualia sunt, si apud maleficium reperiantur membra humana, hostiæ, aliæque res sacræ profanis mixtæ, imagines cereæ acubus transfixæ, chirographum propria manu scriptum, quo se dæmoni tradit, vel sigillum aliquod huius pestiferæ feruituris, vel si se vixerit, aut animalia necauerit medijs de se vanis, & inefficacibus, si minatus fuerit alicui malum, & postea inuenitur fascinatione infectus, ac denique si proprio ore extra iudicium se magum professus fuit. Hæc enim omnia iudicia sunt vrgentia huius diabolice artis: Insuperque debet iudex fundamentum huius inquisitionis specialis manifestare malefico, cum illum ad dicendam veritatem cogit; alias non censetur obligatus respondere, quia ei non constat de legitima interrogatione: & facit cap. qualiter, & quando, de Accusat. sic Caietan. 2. 2. quæst. 69. art. 2. Nauarr. in man. cap. 18. num. 57. Valen. Martin. Delrio, Petrus Binsfeld. & alij supra. Id ipsum, quod sufficit, vt reus interrogetur, credo sufficere, vt testes de illo examinentur. Nam esto in cap. inquisitionis, cap. qualiter, & quando, el. 2. cap. cum oporteat, de Accusationib. infamia publica requiritur ad hanc specialem inquisitionem per testes; eo ipso quod denunciatio iudicæ facta est in iudicio, vel vrgentia iudicia probata sunt, laborat reus infamia publica, & ita obtinuit vltus, quod facta denunciatione capi possit informatio.

Supradicta semiplena probatio ex fama, vel denunciatione, vel iudicijs sufficit, vt reus mittatur in carcerem. Vt autem torqueatur, debet hæc semiplena probatio alijs adminiculis adiuuari, iuxta ea quæ diximus de Hæretico. Nunquam tamen sola testificatio vnius malefici absque alijs iudicijs sufficiens est ad capturam, & multo minus ad torquendum denunciatum, etiamsi hæc testificatio fuerit in mortis articulo. Poterit autem iudex ex vi illius denunciationis metu tormentorum firmate inuestigare alia medijs sic ex Petro Binsfeld. tract. de confess. maleficor. 2. p. in princip. conclus. 3. & 4. notat Valen. dicto p. 4. §. 2. & 4. At si duo vel tres malefici te denuncient, sufficit, vt ex vi testimonij illorum interrogeris, & torquearis; quia illa est pluraquam semiplena probatio: sic dicit doctores.

Nominia testium, & denunciatoris regulariter non sunt manifestanda reis, neque illorum aduocatis ob periculum, si cur in causis fidei. Quando autem hoc periculum cessat, & causa non agitur in tribunali inquisitionis manifestanda sunt, vt ei integre concedatur defensio. Reliqua quæ hic desiderari possunt de defensione reorum, de sententia, & penitentia implenda peti debent ex his quæ de hæresi dicta sunt: quia hoc crimen illi satis est affine.

8. Restat, vt obligationem, quam habet maleficus, qui ad Deum conuertendus est, declaremus. Et primò supponere debet tanquam de fide certum ob grauissima crimina commissa, & fidem dæmoni datam non esse exclusam à diuina misericordia, si ex toto corde antea vitæ penituerit. Et licet diabolo tradiderit chirographum suo sanguine ob signatum, quo se in seruum perpetuo dicauerit, in causa non est, quo minus à tam nefaria seruitute per penitentiam exire possit. tamen si ei non reddat chirographum concessum, vt bene notarunt Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 40. n. 53. Suar. tom. 1. de Religione, lib. 2. de superstit. cap. 17. n. 4. Bonac. disp. 3. de primo decalog. precepto. g. 5. n. 11. Quod si chirographum factum, vel eius exemplar in sua fuerit potestate, debet omnino illud distrumpere, & cremare. Et idem est de quolibet alio signo huius diabolice artis, tum ob periculum, ne redeat ad pristinam cum dæmone amicitiam, tum ne alijs scandalo sit fortè videatur. Quæ rationes præponderant humilitatis fructui, quem ex recordatione præteritæ impietatis colligere poterat talia signa retinendo: sic Suar. Sanch. Bonac. supra. Deinde tenetur libros omnes, & scripta huius diabolice artis inquisitionibus, seu ordinarijs tradere vel concremare: alij incurrunt penas impositas contra tenentes, seu legentes libros prohibitos, vt constat ex Indice librorum prohibitorum, & ex motu proprio Sixti vbi hi libri prohibentur, & notauit Suar. lib. 2. de superstit. cap. 19. in fine, Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 38. n. 83. Quoad pretium receptum pro vltu, & exercitio huius impie artis aliqui existimant semper restituendum esse: quia est malè acquisitum, sed præcipue quando effectus, ob quem datum fuit, non obtinetur: quia tunc videtur cessare voluntas concedentis. Cæterum si maleficus conscius suæ artis media appouit, quæ sibi visa fuerunt sufficientia ad effectus consecutionem non tenetur pretium sibi datum restituere in conscientia, nisi condemnentur: quia pretium non fuit datum sub conditione, vt effectus obtineretur, sed sub conditione, vt ipse maleficus media secundum regulas suæ artis ad effectum apponeret, sicuti pretium, quod medico datur, non est sub conditione, vt infirmo de facto concedat salutem, sed vt procuret illi concedere. Ne Ferr. de Castro Sum. Mor. Paris 111.

que obstat malè recipere pretium; quia esto male recipiat, non tamen iniuste, sicuti meretrici turpiter recipit, at non iniuste: imò neque turpiter retinet copula iam transacta. Verum si maleficus ignarus fuit arte magiæ, aut ex malicia media ad effectus consecutionem noluit apponere, sine dubio obligatus erit consulenti reddere pretium; quia deceptus est, si quidem illi non est concessum id ob cuius rationem reddi potest; quia ob turpitudinem commissam videtur priuatus iure recuperandi: sic Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 38. num. 96.



DISPVATIO II.

De Tentatione Dei, Blasphemia, & Sacrilegio.

HX proemio huius Tractatus constat hæc vitia esse religioni opposita per defectum: Deficiunt namque à vera religione, vt insequentibus videbimus.

PUNCTVM I.

Quid sit tentatio Dei? quibus modis contingat? & quale peccatum?

SVMMARIVM.

1. Præmittitur duplicem esse tentationem.
2. Definitur probationis tentatio.
3. Si miraculoso effectu velis, vt Deus suam voluntatem, & beneplacitum manifestet de aliquo futuro euentu, esto aliqui affirmant non esse tentationem propriè, affirmandum est tentationem esse.
4. Probatio per media indebita alicuius diuina perfectionis mala est, & religioni opposita.
5. An perere à Deo, vt suam omnipotentiam, vel scientiam medijs indebitis, alteri manifestet, sit tentatio? Proponitur dubitandi ratio, & resoluitur esse tentationem.
6. Duplex est tentatio alia cum infidelitate coniuncta, alia absque infidelitate. Alia formalis, alia virtualis.
7. Tentatio expressa à virtuali differt specie.
8. Aliqui putant tentationem interpretari uiam Dei esse posse peccatum veniale ex leuitate materia.
9. Probabilius est oppositum.
10. Probatio ferri candentis, & aqua feruentis in veritate testimonium prohibita est.
11. Satisfit obiectionibus.
12. Nemini est licitum absque speciali reuelatione offerre miraculum in testimonium veritatis.
13. Qua ratione se offerre martyri temerariè sit tentatio Dei.
14. Item quomodo dicatur Dei tentator, qui absque ulla preparatione ad orandum accedit.
15. Idem est de eo qui nulla preparatione, vt studio officij prædicatoris assumit.

Dupliciter quis tentari potest vel probatione, vel inductione. Probatione tentatur, si aliqua eius perfectio examini subicitur Inductione, si ad aliquod malum agendum inducatur. Hoc secundo modo raro Deus tentari potest; quia nullus est ita insipiens, vt ignoret illam immensam bonitatem omni malicia incapacem esse. Primo tamen modo sæpe tentari solet: quia eius perfectiones non satis hominibus notæ sunt. De hac ergo tentatione, quæ est probationis, seu experimenti tractant doctores omnes cum D. Thom. 2. 2. q. 97. art. 1. & segg. & hæc est, quæ absolute tentatio Dei vocatur.

2. Communiter à doctoribus supra definitur, vt sit quedam probatio, seu experientia alicuius diuina perfectionis, nempe scientiæ, potentæ, bonitatis, & similibus medijs inordinatis. Dixi medijs inordinatis; quia si medijs ordinatis à diuina prouidentia probare velis eius scientiam, & potentiam absque vlla dubitatione, quod illarum perfectiones in Deo adsint, nullum peccatum committis, sicuti nullum commisit Abraham, cum à Deo petiuit signum Genes. 15. ex quo cognosceret ipsum esse, qui tum alloqueretur, neque Gedeon. Iudic. 16. cum signo velleris expostulauit, neque Elias 3. Reg. 18. cum medio igne voluit probare suum Deum omnibus Idolis esse præferendum quem plures sancti fuerunt sequuti, quia omnes hæc probationes ex speciali Spiritus Sancti instinctu procedebant. Et licet media assumpta viderentur extraordinaria, at quia à diuina prouidentia erant tunc præordinata: ea de causa qui illa expostulabat, non tentabat Deum: sed eius voluntati se conformabat. Quocirca vt quis intelligatur tenta-

re Deum, debet velle, ut ipse Deus probet, qualis sit, qualesque perfectiones habeat mediis aliquibus extraordinariis à divina providentia pro tunc non ordinatis: Quæ intentio regulariter nascitur ex dubia fide Dei, eiusque perfectionum.

3. Sed inquires; an si miraculoso effectu velis, ut Deus suam voluntatem, & beneplacitum manifestet de aliquo futuro euentu, dicaris Deum tentare? Valen. 2. 2. *disp. 6. g. 14. p. 1. corol. 3.* existimat non esse propriè tentationem; quia non fit hæc probatio de aliqua perfectione Dei, sed de aliquo obiecto suæ voluntatis, cuius dubitatio per se mala non est. At placet mihi propriè esse tentationem, si mediis indebitis eam voluntatem divinam explorare velis. Tum quia inter homines, qui voluntatem alterius, eiusque amorem explorat medio indebito, tentare eum dicitur. Ergo etiam respectu Dei erit tentatio. Item cum diabolus à Christo expostulavit, ut se mitteret deorsum, non intendit, ut Christus divinam potentiam expostularet, sed affectum & amorem ideoque dixit: *Angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis, quasi diceret, bene potes te mittere deorsum securus in divina providentia, & amore qui non permittit, ut detrimentum aliquod patiaris.* Ergo sola indebita probatio amoris, & voluntatis divinæ, est vera tentatio: & ita docet D. Tom. 2. 2. *quæst. 97. artic. 1.* Caietan. in *summ. verbo tentatio.* Suarez *tom. 1. de relig. tract. 3. lib. 1. cap. 2. num. 16. Sanch. lib. 2. decal. c. 34. num. 8.*

4. Rursus probatio per media indebita alicuius divinæ perfectionis mala est, & religioni opposita. Tum quia radix, ex qua oritur, regulariter est infidelitas; quia est dubia fides de divinis perfectionibus. Tū quia petere à Deo, ut ipse medio aliquo extraordinario, neque vili testetur, & probet, sine sapiens, omnipotens, vel bonus, grauem irreuerentiam continet: sicut enim actus est religionis harum omnium perfectionum recognitio, & adoratio: ita est irreligiositas aliquam non recognoscere, sed vile, ut Deus miraculo, & modo extraordinario indebito illum probet, & testetur. Hoc tamen vitium, ut dixi regulariter cum infidelitate coniunctum est, & ex illa oritur: qui enim præterit, ut Deus aliquam sui excellentiam probet, de illa videtur dubitare. Dubitare ergo de aliqua perfectione divina infidelitatis peccatum est. Dixi regulariter cum infidelitate coniunctum esse non semper: potes enim indebito modo petere à Deo, ut suam scientiam, & omnipotentiam probet, non ut tu de illis reddaris certus, sed ut aliis cas cognoscant. Item potes idipsum petere ex intentione, ut amplius in illarum cognitione firmeris. Item aliquando non sunt tibi illarum perfectionum sufficienter propostæ; meritoque absque infidelitate de illis potes dubitare: Si ergo tunc petas aliquod signum extraordinarium ad illarum cognitionem, poterit petio religioni aduersari, tamen ex infidelitate non procedat.

5. Hinc oritur dubitandi ratio; an tali petitione Deus tentetur? Non enim videtur tentari, siquidem nulla eius perfectio exploratur irrationabiliter nam si certus de divinis perfectionibus tuis manifestari præterdis, non illas exploras, sed potius iam exploratas tibi vis aliis fieri manifestas: si autem dubitas an que tibi proponuntur sint Dei perfectiones, eo quod sufficienter tibi propostæ non sunt, non male facis inuestigando, procurando illarum cognitionem. Quomodo ergo tentas Deum signum aliquod in horum confirmationem expostulando?

Respondeo, te tentare Deum; quia absque necessitate præterdis, ut Deus te probet, & manifestet mediis extraordinariis, & à divina providentia pro tunc alienis. Quia Deum præterdis tibi esse subiectum, eiusque voluntatem tuæ conformari; cum potius te, tuamque voluntatem ei debeat subiectam habere. At si mediis ordinatis à divina providentia velles, ut Deus suam scientiam, omnipotentiam, & bonitatem aliis manifestaret, & te inculpabiliter dubium de aliqua fidei veritate instrueret, non obinde tentare Deum dici posses, sed potius rectam ad illum orationem fundere: quia tum voluntatem eius voluntati subicis. Ex supra dicta doctrina intelligere potes, in quo sita sit malitia tentationis divinæ voluntatis, quæ nullam infidelitatem continet: consistit enim in debita, & præsumptiva inuestigatione divinæ voluntatis per media indebita, & eius providentiæ repugnantia.

6. Deinde constat duplicem esse Dei tentationem: aliam cum infidelitate coniunctam, aliam absque infidelitate. Quæ cum infidelitate coniungitur, est omnium pessima; quia procedit ex dubia fide, qualis Deus sit, qualesque perfectiones habeat. Quæ absque infidelitate contingit, alia est formalis, & expressa; alia interpretativa: formalis est, cum ex intentione formalis; & expressa probandi aliis aliquam eius divinam perfectionem præsumptivè petis medio aliquo vanum, & extraordinarium. Item si id ipsum petas ex intentione, ut manifestetur, quid Deus in aliquo euentu facturus, sit vel quid fecerit. Interpretativa, & virtualis tentatio est, quando ex facto, seu petio alicuius sufficienter interpretatur quis velle de Deo, eiusque perfectione, aut voluntate experientiam habere.

Nam cum eius petio, seu factum ut bene dicit D. Thom. *illa quæst. 97. artic. 1.* ad nihil aliud deferre possit, nisi ad probandum Dei potestatem, & bonitatem, qui se petit, & agit, divinam bonitatem, & potestatem probare interpretatur. Hoc autem contingit quoties relictis mediis à divina providentia præordinatis, extraordinaria tentas, ut si intentes Deum in alicuius veritatis confirmationem miraculum aliquod absque necessitate operari, si postus in infirmitate à medicamentis abstineas, sperans Deum te esse miraculose curaturum, si te periculo vitæ exponas, sperans ab eo esse miraculose liberandum. In his enim præterdis effectum à Deo, qui solum deseruit ad ius potestatem, vel bonitatem probandum. Ergo explorans saltem interpretatiõe, & virtualiter ipsam Dei bonitatem, & potestatem, semper tamen effectus ab ipso Deo sperandus est; alias non erit ipsius tentatio. Non enim tentat Deum, qui se præcipitem facit animo se occidendi: est enim homicida sui, non Dei tentator: & in his omnes doctores conveniunt cum D. Thom. 2. 2. *quæstion. 97. artic. 1.* & *seqq.* & ibi Caietan. & in *summ. verbo tentatio.* Valen. *disp. 6. quæst. 14. part. 1.* Lessius *lib. 2. cap. 45. dub. 1.* Suarez *tom. 1. de relig. lib. 1. de tentat. Dei cap. 1.* & 3. Sanchez *lib. 2. cap. 34. n. 1.* & *seqq.* Tolet. *lib. 4. sum. cap. 19.* Bonacio. *disp. 3. de primo decal. præc. 9. punct. unico.*

7. Quod si inquires; an tentatio expressa, qua petis miraculorum opus in probationem alicuius divinæ excellentiæ differat specie ab illa tentatione virtuali; quia petis à Deo per miraculum à periculo liberari. Respondeo differre specie saltem in ordine ad confessionem: quia una petio procedit ex dubia fide, an talis excellentia in Deo existat, alia procedit ex nimia fiducia in Deum, ob quam præsumis in tui fauorem miracula esse paraturum: utraque tamen tentat Deum; quia utraque explorat mediis indebitis aliquam divinam excellentiam; aut eius amorem: sic Suarez *cap. 3. num. 7.* & Sanchez *lib. 2. cap. 34. num. 1.* Bonacio. *disp. 3. de primo decal. præcepto. quæst. 9. part. unico in fine.*

8. Sed dubium est; an tentatio interpretativa Dei absque infidelitate contingens, peccatum esse possit veniale ex leuitate materiæ: (Nam de tentatione expressa cum infidelitate coniuncta omnes doctores negant.) De hac tamen interpretativa assumat Tolet. *lib. 4. sum. cap. 19. num. 7.* Sayrus in *clavi. Regia. lib. 4. 2. 7. num. 14.* Valen. 2. 2. *disp. 6. quæst. 14. p. 2.* nec dissentit Lessius *lib. 1. cap. 45. num. 4.* Muentur; quia si ex sola curiositate videndi aliquod opus mirabile peteres à Deo, ut illo comprobaret fidei veritate, non videris mortaliter peccare; quia talis petio non videtur grauem deordinationem habere. Item si leui morbo oppellus nolles medicinis vti sperando vanè salutem à Deo absque miraculi petitione, non censerebis peccare mortaliter, sed solum venialiter, ut sentit Sanchez *lib. 2. in decal. c. 34. num. 5. in fine.* Ergo tentatio Dei quæ absque infidelitate contingit sæpè est peccatum veniale.

9. Nihilominus probabilius existimo, ex leuitate materiæ nunquam tentationem Dei etiam interpretativam esse posse veniale peccatum: sic docet Suarez *2. 2. de Relig. tract. 3. lib. 1. c. 2. n. 16.* & ex parte consentit Sanchez *num. præcedenti allegat.* tamen in fine illius videatur contrarium sentire. Probo. Tota malitia huius tentationis æquanimiter procedit in signo leui expostulato in liberationem leuis periculi, ac procedit in signo graui pro grauis periculi liberatione expostulato: sed cum graue signum pro liberatione grauis periculi debet expostulari, omnes docent peccatum mortale committi. Ergo etiam committitur, cum leue signum pro leui periculo expostulatur. Maiorem probo. Quia malitia huius vitii in eo sita est, ut opus facias, quod ad nihil aliud utile est, nisi ad probandum Dei bonitatem, & potestatem; sed ad hanc probationem impertinens est esse opus graue, vel leue magnum, vel minimum, quocumque enim illud sit, si ex illo interpretaris divinam potentiam examinare: tota malitia, & deordinatio tentationis in illo consistit. Ergo. Adde: si tota malitia tentationis consistit in eo, quod divina potentia videatur examinationi, & probationi subiecti effectu sperato. Quo effectus leuior sit, eo maior videtur divina potentia interrogari iniuria: si quidem signo viliori examinatur, & probatur. Deinde committens te leui periculo, & sperans à Deo liberationem, vel illam sperat medio aliquo naturali secundum ordinem à divina providentia statutum, & sic non peccat, vel illam sperat, mutatione aliqua causarum naturalium, aliarumque applicatione, quæ spectata ordinari Dei providentia nullo modo erant applicanda: Si hoc modo salutem sperat, sperat aliquid magnum: si quidem sperat quoddam miraculum, mutationem scilicet causarum naturalium, & alterationem statum providentiæ. Non ergo intelligi potest, quomodo signum sperantem leue sit. Neque exemplum quod adducit sanctius intelligibile est. Non enim videtur posse sperari vanè salutem à Deo, nisi speretur ex aliquo miraculo.

miraculo, & alteratione providentiæ statuit. Denique expendamus finem qui in hac interpretativa tentatione intercedere potest, & ex illo colligimus satis eius malitiam. Finis namque vanus est, & illicitus; quia solum est vel tuæ curiositati, vel temeritati satisfacere. Nam si absque necessitate vis, ut Deus miraculo comprobet aliquam fidei veritatem, tacite præteritis, ut Deus tuam vanam curiositatem foueat, si te periculo vitæ exponis, sperans à Deo miraculosè esse liberandum, tacite vis tuam temeritatem à Deo foueri. Efficere ergo Deum auctorem, & cooperatorem vanæ curiositatis, vel temeritatis, etiam medio signo aliquo leuissimo, & grauis irreuerentia est, & aliena multum à diuina maiestate. Ergo non potest in hoc vitio dari leuitas materiæ. Et per hæc manet solum contrarium fundamentum.

10. Ex hac doctrina inferitur. Primò prohibendum esse probationem illam vulgarem ferri candentis, vel aquæ feruentis, quæ antiquitus erat in vltis ad explorandam veritatem aliquam, innocentiamque alicuius *cap. Memmam, cap. consilii, cap. Monachiam 2. q. 5. cap. 1. & 2. de purgat. vulgari, cap. ex tuarum de purgat. canonica*: quia est probatio aliena ab statuta providentiâ, cum per illam spectetur miraculosus effectus à Deo non determinatus. Ex qua ratione fit, quamlibet probationem similem; in qua miraculosus effectus in probationem veritatis expectetur absque manifesta necessitate, esse omnino reprobam: sic D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8. ad 3. & 3. p. q. 80. art. 6. ad 3. Sayto in elauis Regia lib. 4. cap. 7. num. vlt. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 14. p. 1. corol. 4. Suar. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. c. 3. n. 8. Lessius lib. 2. cap. 4. dub. 1. n. 3. Sanch. lib. 2. in decal. cap. 34. n. 12. & colligitur satis ex ratione decidendi suprad. textus, esse scilicet talem probationem, tentationem Dei.

11. Neque obstat, Deum sæpè similem purgationem miraculis confirmasse, ut variis exemplis comprobatur Martin. Delrio lib. 4. de Magia, c. 4. q. 4. sect. 3. quia id fieri potuit tum ex speciali Dei instinctu, tum ex quadam simplicitate, & ignorantia, tum vt innocenti alicuius manifestaretur: tamen peccatum in tali probatione esset commissum. Eadem ratione non obstat, quod mulier deprehensa in adulterio aquis amaribus purgabatur n. 5. quia iam illud medium à diuina providentiâ ad illum effectum erat illo tempore ordinatum; eaque de causa illo vtentes non præterebant veritatem comprobare ad uitentis mediis, sed medio ab ipso Deo ordinato: Ergo nulla esse poterat in illius vtu tentatio. Et idem est, quoties ex diuino instinctu, & speciali reuelatione expostulatus aliquem miraculosum effectum; quia tunc petis à Deo, quod ipse vult sibi peti, non igitur tentas illum: De purgatione illa, vel probatione innocentie per Eucharistiam; in qua dabatur Eucharistia suspectis de crimine, vt illa sumpta se purgarent; cuius meminit Concilium Bonaciense c. 15. & refertur *cap. sep. & cap. vlt. n. 9. 5. varè sentiant doctores*, an per se illicita sit? Affirmat D. Thom. 3. p. q. 80. art. 6. ad 3. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 14. p. 1. in fine. Saytus lib. 4. c. 7. num. vlt. quia est tentatio Dei, dicuntque concilium illud vt potè pronunciauè errasse, & per noua iura correctum esse. Alij, vt testatur Delrio lib. 4. c. 4. q. 3. sentiunt illam probationem non fuisse illicitam maxime auctoritate iudicis Ecclesiastici; quia nulla inuenitur ibi tentatio Dei, cum non speretur ex sumptione Eucharistie effectus aliquis miraculosus. Placet resolutio Suar. dicto lib. 1. de tentat. Dei cap. 3. in fine: cui consentit Sanch. dicto cap. 34. n. 13. nullibi specialiter talem probationem esse prohibitam, nisi in quantum in generali prohibentur omnia peregrina iudicia: *in cap. ex tuarum de purgat. canonica*. Neque illam esse propriè tentationem Dei, si ex sumptione Eucharistie effectus aliquis miraculosus non speratur: potius enim videtur Eucharistia dari quasi in testimonium, & iuramentum innocentie; sed neque hoc modo conueniens est fieri ob periculum indignæ sumptionis, vt rectè dixit Suar. loco allegato.

12. Secundò infero, nemini licitum esse sine speciali Dei reuelatione offerre miraculum aliquod faciendum in probationem alicuius veritatis reuelate, & multo minus licet sine hac reuelatione se comburendum committere sperans à Deo esse miraculosè liberandum: quia fides his probationibus non indiget. Quando autem necessariæ sunt, Deus absque petitione illas concedit, vel inspirat, vt petantur, cessante autem hac inspiratione illicitum est ea miracula offerre. Adde non solum ea offerre, sed etiam absolue petere illicitum est, quia petitur quod vanum est, & quod solum ad probandum diuinam potentiam deseruit: sic Suar. tom. 1. de Religione, tract. 3. lib. 1. c. 12. n. 13. in fine. Sanch. lib. 2. in decal. c. 34. n. 10. Quocirca cum aliqui doctores docent, posse à Deo miracula peti, & sperari, quoties videntur necessaria, vel vtilia ad alicuius conuersionem vt dixit Lessius lib. 2. de iustis. cap. 45. dub. 1. in fine n. 5. Tolet. lib. 4. sum. c. 19. n. 8. & 9. Bonac. disp. 3. q. 9. p. vn. n. 5. & 7. verum est. At ego existimo hanc necessitatem, vel vtilitatem sine speciali Dei reuelatione cognosci non posse, taliter quod petitionem absolutam honestet: quis enim scire potest petentem miraculum illo posito conuertendum esse, quan-

Ferd. à Castro Sum. Mor. Paris III.

tumuis promittat, & non magis obdurandum, vt faciebant Pharisæi visis Christi miraculis. Quapropter semper in huiusmodi petitionibus subintelligenda est conditio, si ita Deo fuerit placitum, eiusque gloriam spectauerit, vt rectè dicit Suar. loco allegato.

13. Tertiò infero, an sit tentare Deum se martyrio offerre in confirmationem fidei; Et quidem si ex tali oblatione non speratur fides confirmanda, temeraria est talis oblatio, & omnino illicita. Non enim licitum est occasionem præbere tyranno peccandi ita grauius, nisi vigente necessitate fidei exaltandæ, Syluest. verbo *martyrium n. vnic.* & Tradit D. Thom. 2. 2. q. 82. art. 1. ad 3. & ibi Caiet. Sanch. lib. 2. c. 34. n. 15. Quod autem in tali oblatione temeraria tenetur Deus affirmat Sanch. ibi cum Nauare. c. 11. n. 40. Ludou. Lop. 1. p. in iustis. com. scient. cap. 41. ad finem. At hoc intelligendum est casu quo se offerrens speraret in martyrio Deum facturum esse miraculum aliquod in fidei confirmationem. Nam si hunc effectum miraculosum non sperat, sed solum sua morte fidem testari, cessat tentatio, & solum est vitium temeritatis.

14. Quarto infero qua ratione tenet Deum, qui nulla sui præparatione ad orandum accedit. Nam Ecclesiast. 18. dicitur: *Ante orationem præpara animam tuam. Et noli esse quasi homo qui tentat Deum.* Ergo censetur Deum tentare qui ad orandum sine præparatione accedit. Dicendum ergo est, in illo loco, si Iansenio credendum est, sermonem esse de voto, id est ante votum præparandum esse animum ad præstandum quod vouendum est; ne similis illis fias, qui tentant Deum; siquidem absque voti implentione speras effectum voti consequi. Quod si de oratione, vt veritè interpres, intelligatur, monetur ante orationem animum præparare tum cogitatione diuinæ maiestatis, & nostræ vilitatis, vt sic debita cum reuerentia accedamus: Tum examinatione illorum quæ petenda sunt, ne vana, & frivola postulemus. Tum depositione cuiuslibet odij & rancoris in proximum. Qui ergo sine his conditionibus ad orandum accedit, reputandus est quasi homo qui tentat Deum; siquidem sperat effectum consequi ex oratione, quam Deus exaudire non promittit quæ est spes inutilis. At vt bene aduertit Caietan. 2. 2. q. 97. art. 3. ad 2. Sanch. lib. 2. cap. 34. n. 6. hunc si indebitè orantem propriè non esse tentatorem Deiquia eius animus non est, vt Deus effectum concedat motus oratione indebitè facta; aliàs propriè tentaret Deum, sed solum præterdit, vt Deus ex sua liberalitate effectum concedat; tamen illi oratio grata non fit. At est similis illi qui tentat Deum; quia ex modo orationis videtur velle à Deo exaudiri & petitionem obtinere, ac si rectè orasset.

15. Idem dicendum est de eo, qui nullo studio, aut præparatione facta officium prædicandi assumeret, si enim absque necessitate, specialique Dei instinctu, illud officium assumeret, sperans à Deo miraculosè illuminari, peccaret grauius; tum quia tentat Deum, tum quia periculo errandi se exponit: Bonac. disp. 3. de primo decal. præcepto q. 9. punct. vnic. num. 1. Nauare. cap. 11. num. 40. Sanch. lib. 2. cap. 34. n. 16. At si hunc miraculosum effectum non speraret, cessaret orationis peccatum, sed non cessaret malitia indebitæ prædicationis.

PUNCTVM II.

De blasphemia vitio Religioni opposito.

Nomen blasphemie dupliciter sumitur. Primò latè. Secundò strictè. Si latè sumatur comprehendit quamlibet irrisionem, & contumeliam cuiuscunque personæ excellentis, siue Dei, siue creaturæ, vt tradit Budæus relictus ab Ambrosio Calepino verbo *blasphemia*: sicuti maledictio non solum comprehendit eam, quæ contra Deum, sed etiam quæ contra creaturas versatur: & in hoc sensu, scripsit Paul. ad tit. 3. admone illos neminem blasphemare, id est neminem conuiciari, seu maledicere: vt tradit ibi Hieronymus. Si autem blasphemia strictè sumatur, vt communiter à Theologis, & à nostris interpretibus sumitur, ad Deum solum refertur: quia cum per blasphemiam excellentiæ blasphemati derogetur, & solus Deus, vt dixit August. lib. 2. de morib. Manichæor. cap. 11. sit sine controuersia excellens, & de hominibus dubitari possit, an excellentiam habeant; merito blasphemia de Deo solo propriè, & in rigore intelligitur. Sed qua ratione hoc contingat, & quod peccatum sit, & quibus peccatis afficiatur in sequentibus explicandum est.

§. I.

Quid sit Blasphemia.

SUMMARIVM.

1. Expenditur blasphemia definitio.

Cc 2

1 An

2. An blasphemiam falsitatem contineat? Arguitur pro eo contra. Et resolutur quaestio de nomine.
 3. Sime de ratione blasphemiam effectus inhonorandi Deum?
 4. Contumelia in sanctos blasphemiam est.

1. Blasphemiam definiuit Augustin. loco allegato esse mala verba de Deo dicere, hoc est contumeliosa: in hac definitione omnes doctores conveniunt, ut videre est in D. Thom. eiusque interpretibus 2. 2. q. 13. Valen. Bann. Arag. ibi; Suar. tom. 1. de relig. tract. 3. lib. 1. cap. 4. n. 1. Lessius lib. 2. de iustit. c. 45. dub. 5. n. 24. Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 32. n. 1. & 2. Bonac. disp. 3. de prim. decalog. p. accepto q. 8. p. 1. Couat. cap. quatuor. partium de Factis. §. 7. n. 8. Navar. Man. cap. 12. n. 81. August. Barbol. 3. p. de potest. Episcop. alleg. 50. à num. 86. & alij apud ipsos.

Hæc contumeliosa verba corde, ore, & scriptura profertur possunt: quia omnibus his modis potest contingere contumeliosa locutio; sicuti omnibus illis modis contingit Dei laus, & honoratio cui blasphemiam opponitur: Cum ergo laus divina corde, ore, & scriptura fieri possit, eisdem instrumentis blasphemiam potest committi: sic D. Thom. dicta quaest. 3. artic. 1. quæ omnes sequuntur, ut testatur Sanchez supra, num. 4.

Dixi blasphemiam esse dictum contumeliosum, non factum: si enim factus Deum de honorat, qualiter Iudæ fecerunt Christum confuentes, flagellantes, iridentes, cum iniquis crucifigentes, non blasphemiam, sed sacrilegium committentes; quia de ratione blasphemiam est contumelia, conuiuium, seu infamatio, quæ proprie verbis fit, non factis; alias idololatria, aliqua vitia, quibus Deus inhonoratur, blasphemiam essent, quod esset irreligiositatis species confundere. Item blasphemiam directe opponitur diuinæ laudi, sed laus verbis fit. Ergo blasphemiam verbis continetur: sic Sanch. dicto cap. 32. num. 5. Suar. cap. 4. num. 5. & 6. Bonac. quaest. 8. p. 1. n. 2. Less. dub. 5. n. 24.

2. Sed an hoc dictum contumeliosum falsitatem debeat continere ad rationem blasphemiam? Variant doctores. Assumat D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 1. in corp. & ad 3. & 1. & ibi Caietan. vers. quoad secundum. Arag. etrol. 3. Bann. 2. notab. 2. Valen. disp. 2. q. 13. p. 1. Tolet. lib. 4. cap. 13. num. 6. Simanc. de carbolie institut. tit. 8. num. 2. Sanch. lib. 2. c. 32. num. 6. Ratio est; quia blasphemiam opponitur fidei confessioni, ut tradit D. Thom. dicto art. 1. & art. 3. Sed quidquid fidei confessioni opponitur, falsum continet. Ergo blasphemiam falsum continere debet. Nihilominus Suar. tom. 1. de Religione, tract. 3. lib. 1. c. 4. n. 9. Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 9. cap. 28. q. 1. & 2. negant de ratione blasphemiam esse falsitatem, quia verbum in Deum prolatum sufficienter in ratione blasphemiam completur, si contumeliosum sit, sed hoc esse potest, tamen nullam falsitatem contineat, ut si Deo malum aliquid imprecetur, Christi membra irreuerenter proferas; imprecatio enim illius mali; & horum indecora prolatio nulla falsitatem continet, quæ nihil falsum enunciat, & tamen sunt blasphemiam. Ergo blasphemiam esse potest absque falsitate. Dices duplicem esse falsitatem, aliam in actu signato, aliam in actu exercitio. Supradictum enim argumentum conuincit ad blasphemiam non requiri necessarium falsitatem in actu signato, & propriam; quia hæc sola est, quæ rem signat, & declarat, sicuti est: At requiritur in actu exercitio falsitatem, hoc est, quæ ex modo prolationis falsum contineat: Quæ falsitas omni blasphemiam competit: Nam si Deo malum aliquid imprecetur, ut si dicas: Vtinam non esset iustus, nec beatus: iam id quod Deo competere non potest, imprecatur, & consequenter aliquid falsum. Item si membra Christi Domini contumeliose nomines, tali nominatione inuis contemptibilia esse: quod est appetit falsum: Ergo hanc falsitatem virtutalem, & in actu exercitio omnis blasphemiam continet.

Dicendum tamen est, quaestio nem ferè esse de nomine, siquidem omnes ferè doctores conveniunt blasphemiam esse non solum verbum enuncians de Deo falsum, sed etiam verbum enuncians verum, si contumeliose dictum sit. Quod autem quia in actu exercitio tale verbum Deum contemnit, & per ipsum indicatur Deum esse contempibilem, debeat dici falsitatem continere, videtur quaestio de nomine. Eareor tamen nimis improprie ob eam causam blasphemiam falsitatem attribui: alias etiam odio Dei falsitas tribuenda esset; quia appetit id quod Deo nequaquam convenire potest. Censeo ergo de ratione blasphemiam non esse falsitatem, sed contumeliam, quæ quomodocumque verbis contingat, blasphemiam est.

Neque obstat blasphemiam opponi fidei confessioni; quia dici potest hoc intelligentem esse blasphemiam præcipua, qualis est, quæ per verba aliquid falsum de Deo enuncians profertur. Secus de blasphemiam, quæ per verba veritatem continet, irreuerenter tamen prolata sunt, vel de blasphemiam, quibus aliquid malum optatur Deo vel imprecatur; quia hæc fidei confessioni non opponuntur; si quidem non opponuntur

privatiuè: non enim privant confessione fidei tunc vigente; neque etiam opponuntur contrarie; quia illis fides non denegatur. Ergo non omnis blasphemiam fidei confessioni opponitur: sic Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 28. quaest. 1. vel dici potest blasphemiam opponi fidei confessioni, non cuiusque, sed illi quæ fit per laudem, & orationem, quod est dicere opponi laudi, & orationi: sic Bonac. 2. 2. q. 13. art. 1. notab. 3. Valen. disp. 1. q. 13. p. 2. Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 32. num. 7.

3. Rursus dubitari potest; an de ratione blasphemiam sit affectus inhonorandi Deum; Et ratio dubitandi est; quæ hæretis exterior prolata, in qua aliquid falsum de Deo enunciat, deficit à ratione blasphemiam, quia non profertur ex animo inhonorandi Deum: alias omnis exterior negatio fidei esset blasphemiam, & blasphemiam ab infidelitate non distingueretur. Ergo hic animus necessarius est ad blasphemiam. Et contra verò si ex aliquo odio, ira, aut furore verba contumeliosa in Deum proferas absque expressa voluntate inhonorandi Deum, sed potius satisfaciendi tuo furori, blasphemiam committis. Ergo de ratione blasphemiam non est voluntas expressa Deum inhonorandi. Hoc argumentum me conuincit. Quapropter exitimo ad blasphemiam non requiri expressam voluntatem Deum inhonorandi, sufficit si in actu exercitio inhonoratur: sic Suar. tom. 1. de Religione, tract. 3. lib. 1. cap. 6. num. 8. Sanch. alios referens lib. 2. in decalog. cap. 32. num. 3. Valen. 2. 2. disp. 1. quaest. 13. p. 1. notab. 2. Sicut enim infamare hominem potes absque expressa voluntate infamandi ex eo quod verba de illo contumeliosa dicas: ita similiter conuincitur Deum potes, iplumque blasphemare, quin expressam voluntatem infamandi habes. Neque obstat ratio dubitandi. Nego namque hæretis verbis prolata à ratione blasphemiam deficere ex defectu expressæ voluntatis Deum inhonorandi: sed dico veram esse blasphemiam tamen ex hac expressa voluntate non procedat, neque obinde sit blasphemiam ab hæretis non distingui; distinguitur namque ab hæretis: quia sæpe est blasphemiam sine hæretis, ut contingit in blasphemiam impetratore Deo aliquid malum, vel irreuerenter Christi membra nominant. Sæpe etiam est hæretis absque blasphemiam, videlicet cum opinionem falsam, quam de Deo habes, interius retines, vel solum factis manifestas. Quocirca solum de hæretis verbis prolata potest esse dubitatio: an blasphemiam ab illa hæretis distinguitur. Et assumo distingui; quia poterat coram malitiam blasphemiam habere, quin ex animo infideli talis negatio procederet: ex eo enim quod verbis exterioribus de Deo aliquam perfectionem, vel illi tribuas, quod ei non convenit, blasphemiam committis, tamen non committas, hæretis. Ergo blasphemiam hæc ab hæretis distinguitur. Adde aliud esse de Deo falsam opinionem habere, aliud illam falsam opinionem loqui, & publicare. Hæretis ergo in opinione falsa consistit, blasphemiam in locutione, & manifestatione huius opinionis. Neque hæc distinctio tollit, quominus talis negatio seu hæretis verbis prolata, etiam absque interiori infidelitate duplicem habeat malitiam; aliam oppositam fidei, ex qua quisque obligatus est nihil contrarium etiam exterioriter facere aliam oppositam Religioni, ex qua obligatus est nihil de Deo contumeliosum dicere.

4. Tandem dixi dictum blasphemiam constituens esse contumeliosum in Deum: quod videtur difficultatem habere: si quidem verbum contumeliosum in sanctos blasphemiam est: ut dicitur, cap. 1. de Maledictis, & tradit D. Thom. receptus ab omnibus 2. 2. q. 13. art. 1. ad 2. Pro cuius intelligentia suppono sanctos duplici titulo honorari posse, & quatenus aliquid Dei sunt v. g. eius amici, & familiares, vel quatenus aliquas excellentias, & perfectiones habent, ob quas digni sunt speciali honore absque supradicto expresso respectu ad Deum. Si hoc secundo modo colantur, non laudant, sed diuina coluntur, ita ergo potest quis illos dehonestare. Si dehonestet, quatenus sunt aliquid Dei, blasphemiam erit, quia Deum ipsum ceaserit dehonestare: at sit illos dehonestet, eorum excellentias, & perfectiones attendens non videtur blasphemiam esse proprie, sed improprie, tamen gravissime peccat: Sic Valen. 2. 2. disp. 1. q. 13. p. 2. Valq. lib. 1. de adorat. disp. 6. cap. 4. Sanch. lib. 2. in decalog. cap. 32. n. 7. & 27. Dices: talis dehonestatio sanctorum cadit in opprobrium Dei. Ergo virtualiter Deum inhonorat, qui sanctos ob eorum excellentias dehonestat. Respondeo cedere indirecte, & remote in opprobrium Dei, quod ad blasphemiam oppositam Religioni non videtur sufficere; sicuti non sufficit, quod laus sanctorum ob eorum excellentiam cedat in honorem Dei, quominus talis laus non ad Religionem, sed ad nullam pertinet.

Quale peccatum Blasphemia sit.

S V M M A R I V M.

1. Est peccatum Religioni oppositum, & ex suo genere mortale, nec videtur posse ex leuitate materia veniale esse.
2. Est ab odio Dei, desperatione, & infidelitate distinctum, esse sapè illis coniungatur.
3. Omnes blasphemias in Deum prolata videntur eiusdem esse speciei.
4. Differre tamen à blasphemis in sanctos prolati abque ordine expresso ad Deum.
5. Qualiter in confessione diuersitas blasphemiarum explicanda sit.
6. Si blasphemias procedit ex affectu expresso inhonorandi Deum, debet in confessione manifestari.

Respondeo blasphemiam esse peccatum Religioni oppositum: quia Religio diuinum honorem tuetur, quem blasphemus verbis offendit: Sic Doctores communiter. Neque obstat D. Thom. dixisse opponi confessioni fidei; quia intellexit opponi confessioni fidei late sumptæ, prout comprehendit Dei Iudem, & honorem.

Item est peccatum ex genere suo mortale, neque videtur ex leuitate materia esse posse veniale: quia nulla respectu Dei videtur dari posse leuis contumelia: sic Valen. 2. 2. quæst. 13. p. 1. notab. 3. Bannez artic. 2. Suar. 1. 1. de Relig. tractat. 3. lib. 2. cap. 6. num. 2. Sanch. lib. 2. cap. 31. num. 40. Bonac. disp. 3. de primo decal. præcepto 9. 8. p. 3. Hoc autem intelligendum est de vera blasphemia: nam si relatiue tantum verba blasphemie profertur, non detrahit diuinum honorem, sed refertur modum, quo detrahitur, Suarez loco allegato. Quod si verba blasphemie ex leuitate animi ioco profertur, exillimatur Suar. ibi, peccatum non esse mortale, sed esse veniale cuiusdam leuitatis, & irreuerentia, non blasphemiam; quia ad rationem blasphemie requiritur, vt profertur per modum conuicij aut maledictionis in Deum, & consenti. Valent. 2. 2. disp. 1. 9. 13. p. 2. coroll. 2. Ceterum optime distinguit Sanchez lib. 2. cap. 32. n. 2. circa finem. & n. 40. & 41. Si enim ioculos modus dicendi non tollit irreuerentiam Deo factam, sed potius censetur quis diuino honori derogare, tamen ioco illa verba profertur, sine dubio blasphemiam committit, & peccatum mortale. Secus vero, si iocus impediatur diuini honoris diminutionem quæ ex illis verbis blasphemis per se inferretur. Ratio tamen, vel nunquam existimo ex ioco blasphemiam excusari, quia licet excusetur intentio expressa inhonorandi Deum, non tamen excusatur inhonoratio, quæ ex verbis sequitur. Quis enim negare poterit grauem deordinationem esse assumere verba blasphemiam ad iocum, & ludibrium? Neque enim Deus etiam per iocum dehonestandus est: per iocum enim Iudæi Christum conspuebant, & blasphemabant, neque obinde à peccato grauissimo fuerunt excusati.

2. Vicius est peccatum ab odio Dei, desperatione, & infidelitate distinctum, tamen sapè cum his coniungatur: esse distinctum constat; quia ad rationem blasphemie non est necesse, vt intentionem habeas formalem Deo inferendi malum, quæ malum illi est, in quo peccatum odij consistit. Neque item est necesse te de diuina misericordia desperare. Neque item opus est de fide dissentire: sed eo ipso, quo verba blasphemiam vsurpas, aduertens illis detrahi diuino honori, blasphemie peccatum committis. Ergo hoc peccatum ab odio, desperatione, & infidelitate distinctum est. Verum sapè (vt dixi) cum illis coniunguntur, quia ex illis nascitur. Sic Suar. dicto lib. 1. de blasphemias cap. 6. num. 8. & 9. Bonac. disp. 3. de primo decal. præcepto 9. 8. p. 3. n. 1. Lessius lib. 2. c. 45. dub. 5. num. 33. Sanch. lib. 2. cap. 32. n. 38. Ex quo manifestè inferitur, in confessione explicandum esse, an blasphemaueris ex odio, desperatione, infidelitate, vel alia arreptus passione: sic Doctor s. suprè relati.

3. Sed dubium est; an omnes blasphemie in ratione blasphemie sint eiusdem speciei? v. gratia. An blasphemiam, qua de Deo perfectionem negas, vel qua illi tribuis quod non debes, vel qua malum illi imprecas, vel indecorè nominas, conueniant speciei? Respondeo satis probabile esse conuenire, si solum malitia blasphemie consideretur: Sic docet Caietan. 2. 2. q. 13. art. 1. verè quoad secundum, Bannez ibi notab. 16. Arag. sine, Valen. disp. 1. 9. 13. p. 1. verè quocunque legitur, Azor. 1. 1. instit. moral. lib. 9. cap. 28. q. 10. Sanch. lib. 2. cap. 31. num. 38. Lessius lib. 2. cap. 45. dub. 5. n. 32. Bonac. disput. 3. de primo decal. præcepto 9. 8. p. 4. Ratio est; quia tota malitia blasphemie sistit in diminutione diuini honoris, quoad autem his vel illis verbis coniungat, materiale esse videtur, & ad rationem formalem blasphemiam per accidens; sicuti in-

ter homines contingere videtur in quos si varia contumeliosa verba proferas; omnia illa eiusdem speciei sunt; vt placet Azor. supra q. 15. & Eman. Sà verbo contumelia in edit. Roman. n. 1. Et à simili ex iuramento, & infidelitate confirmari potest, quæque quia eadem rectitudine priuans, eiusdem sunt speciei, tamen si materiales actus diuersi multum sint.

4. Maior autem est difficultas de blasphemiam in Deum prolata & prolata in sanctos; an in illis diuersitas specifica reperitur; Negat Caietan. Bannez, Aragon. Valen. Sanch. & Bonac. locis allegatis. Et probari potest, quia iuramentum, factum per Deos, vel per sanctos non differt specie, ergo neque blasphemiam. Nihilominus dicendum cenfeo, si sanctos blasphemem absque respectu, & ordine expresso ad Deum (vt communiter contingit) illam inhonoratiorem specie differre à blasphemiam in Deum directè prolata, vel in sanctos, quatenus aliquid Dei sunt quia illa inhonoratio opponitur dulix, non latris; quia destruit directè honorem debitum sanctis, non debitum Deo, sed dulix est cultus diuersus à latris. Ergo & hæc inhonoratiões: sic tradit Suar. 10. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. c. 5. n. 6. & cap. 6. in fine. Lessius lib. 2. c. 45. dub. 5. n. 33. in fine. Neque obstat argumentum de iuramento: quia per sanctos vt à Deo distinctos iurari non potest; quia non sunt testes infallibiles veritatis: at bene possunt honorari cultu dulix: & consequenter dehonestari.

5. Hinc constat, an in confessione diuersitas blasphemiarum explicanda sit. Et quidem si sustineas opinionem illorum, qui affirmant circumstantias aggravantes necessariò explicandas non esse, sed solum mutantes speciem, & insuper defendamus omnes blasphemias tam in Deum, quam in sanctos eiusdem esse speciei, non eris obligatus illas distinguere: Ceterum quia multo probabilius est contumeliam in sanctos prolata speciem malitiam habere dulix oppositam, & eo ad sanctus dignus honore dehonestetur; siue illa dehonestatio blasphemiam coniuncta sit, vt placet Soar. & Sanch. siue notè deo existimo etiam posita illa sententia quod solum circumstantia mutantes speciem debeant necessariò manifestari in confessione, te obligatum esse hanc diuersitatem inhonoratiões aperire. Sic Lessius dicto dub. 5. numer. 33. circa finem Suar. dicto cap. 6. in fine, Sanchez numer. 39. Reliquas verò blasphemias in Deum prolatas sustineri potest posita illa sententia, opus non esse distinguere; eo quod eiusdem speciei sint, neque in ratione blasphemiam videntur notabiliter iudicium confessoris mutare.

6. Vnum tamen cenfeo, esse omnino aduertendum, si blasphemiam procedat ex voluntate expressa inhonorandi Deum, debere in confessione manifestari; nam licet tacitum, & expressum idem juris sit, & ad eandem speciem pertineat: & in omni blasphemiam tacitè imbibatur hæc voluntas derogandi diuino honori: at si ipsa voluntas in ipsamet blasphemiam imbibita exprimitur, peccatum est distinctum saltem numero ab ipsamet blasphemiam prolatione, quod absque illa voluntate esse poterat. Ergo obligatus es illud manifestare: Sic Lessius lib. 2. c. 45. dub. 5. n. 33.

§. III.

Quotuplex blasphemiam sit, & quibus modis contingat.

S V M M A R I V M.

1. Diuiditur blasphemiam in Deum, & in sanctos, in hæreticalem & non hæreticalem.
2. Expenduntur hæreticales blasphemias.
3. Renego Deum, si ita non est, blasphemiam est hæreticalem.
4. Creatam veritatem cõstitudini diuina comparari fieri potest absque blasphemiam.
5. Renegatio sanctorum blasphemiam hæreticalem est.
6. Blasphemias non hæreticales expenduntur specialiter quibus Deo, & sanctis eius malum aliquod imprecatur.
7. Expenduntur ea, quibus indecorè, & inhonestè Deus nominatur.
8. Iuramentum per intereratam Virginem non est blasphemiam.
9. Quid dicendum de iuramento iniusto, & falso?

Primò diuidi poterat blasphemiam in Deum, & in sanctos; de qua diuisione, & qua ratione distinguanur satis superque dictum est. Secundo, & principaliter diuiditur blasphemiam in hæreticalem, & non hæreticalem. Hæreticalis est, quæ expressè hæresim continet, non hæreticalis, quæ non continet. Hæresim continet blasphemiam, quæ Deo tribuit, quæ eius maiestati non competunt, vel negat quæ competunt; & maximè si ea creaturæ tribuit; quia tribuendo creaturæ nec-

gat esse propria Dei. Hæ ergo blasphemiam necessariò debent proferri modo indicatio; quia ipsum solum est, quod veritatem, vel falsitatem proferat. Neque necesse est ad hanc hæreticalem blasphemiam, ut procedat ex animo infideli. Nam esto animus fidelis sit, potest blasphemiam hæreticalem committi; eo quod verba ipsa inidelitatem denotent. In foro tamen externo tunc præsumi poterit ex animo procedere, & verè hæreticum esse blasphemantem, quando serio, & appetat blasphemiam hæreticalem protulit. Secus si ex rixa, & calore iracundiæ vel alia passione motus, quamvis in hoc prudentis arbitrio relinquendum existimat Fatinae. *lib. 1. prax. q. 20. n. 38.* Blasphemiam hæresim non continentem, est, quæ Deo aliquid malum imprecatur, vel illum indecore nominat, & generaliter quæ nihil contrarium fidei per se significat: sic tradunt doctores.

Verùm ut clarius hæc doctrina eluceat, expendamus modos, quibus communitur homines iniqui Deum, & sanctos blasphemare solent: & in quibus est aliqua difficultas.

1. Et primo expendamus hæreticalem blasphemiam, vtpotè magis notas; & grauioris malitiæ. Ceterum est diabolicam blasphemiam, & hæreticalem esse vocare Deum impium, iniustum, crudelem, inuidum, mendacem, quia tribuis Deo quod ab illo alienum est. Item si neges suum esse, vel aliquam illius perfectionem, vt scientiam, & prouidentiam, rerum veritatem in dicendo, iustitiam in præmio, hominibus concedendam, & penis infligendis. Item si creaturæ, quod est proprium Dei attribuas, vt si voces omnipotentem, summè sapientem, summè pulchrum, qualiter solent lasciuu vocare puellæ, quas immodicè amant, & idololatæ idolum adorant, quæ quæ sit blasphemiam hæreticalem esse, renego Deum, Christum; quia denegas Deo existentiam, ipsumque de medio tollis. Item est blasphemiam hæreticalem: Denego crucem, sacra menta, Christum, Euangelia, vel aliam fidei veritatem: quia denegas Deo veritatem infallibilem, quæ in iis qualiter ab Ecclesia propolita sunt tenent. Ad idem est, per falsos Deos, aut per creaturas sistendo in ipsis iures; quia infallibilem veritatem Dei propriam, creaturæ tribuis: committis ergo hæreticalem blasphemiam, & in iis omnes doctores conueniunt.

2. Solum in triplici propositione est aliqua difficultas; an sint hæreticæ blasphemiam? prima si denegas Deum, crucem, Euangelia, non absolutè, sed conditionatè, qualiter contingit, cum hæc verba versus ad alicuius veritatis testificationem, dicens, renego Deum, si ita non est; videris enim hæreticus blasphemiam non esse; quia ratione blasphemiam hæreticalem est, expressa significatio falsi: sed ex vi talis proportionis falsum non significat; non enim dicit Deum non esse, sed offers te dicturum casu quo asserunt aliter contingat. Ergo non blasphemiam saltem hæreticalem, sed offers blasphemiam: & ita tradit Salazar. *de usu, & consuetud. c. 5. n. 28. vti. vnde possunt.*

Ceterum existimo veram blasphemiam hæreticalem committi; quia non de futuro offers negare Deum, sed de præterito negas, casu quo aliter te res habeat, quam affirmas: conditio enim non apponitur ex parte negationis, sed ex parte rei affirmatæ. Negare autem Deum existere etiam sub conditione cuiusque obiecti est negare, quod Deo est proprium, scilicet existentiam à quolibet obiecto creato independentem. Ergo qui sic loquitur, hæreticè blasphemiam. Atque ita docent Rojas *de hæretic. 2. p. assert. 12. num. 173. & 174.* Couarru. *de Pañ. 1. p. 7. num. 9. vers. 2.* Azob. *lib. 8. recapit. tit. 4. leg. 1. n. 14.* Sanch. alios referens, *lib. 2. in decal. c. 32. n. 24.* Lessius *lib. 2. de iust. c. 45. dub. 5. n. 27.*

3. Secunda propositio est, cum creata veritas, & certitudo diuinæ comparatur, vt si dicas, hoc est verum sicut Deus est in celo, vel natus ex Virgine, credi hoc potest sicut Euangeliu. Esse inquam hæc blasphemiam affirmat Couarru. *de Pañ. 1. p. 7. num. 9. vers. 11.* Suar. *lib. 1. de blasphemiam cap. 6. num. 12.* August. Barbola, *3. p. de potest. Episcop. alleg. 50. num. 92.* quia illa comparatio diuinæ veritatis adducitur ad firmandum veritatem obiecti creati: hæc autem firmari intendit æquando veritatem obiecti creati cum diuina. Ergo committitur blasphemiam non qualifcunque, sed hæreticalem, quæ in eo sita est, vt creaturæ tribuatur quod, creatoris est proprium. Ad vt ipsemet Suar. aduertit, multum pendet horum verborum malitia ex intentione proferentis: si enim proferens æqualem cum Deo certitudinem, & infallibilitatem vellet obiectis creatis tribuere, sine dubio blasphemiam hæreticalem esset: at si non æqualem certitudinem eis tribuere intendit, sed similitudinariam, non erit blasphemiam: & ita tradit Medina *lib. 1. sum. cap. 14. §. 2.* Alcozer *sum. cap. 15.* Ludovic. Lop. *1. p. instr. cap. 282. vers. tertio.* Azor. *1. p. instr. moral. lib. 11. cap. 3. q. 2. in fine.* Sanchez alios relatis *lib. 2. in decalog. cap. 32. num. 31.* Bonacina *disp. 3. de primo decal. præcepto q. 8. p. 2. num. 13. sine.* Imò addo cum Alcozer, Ludovic. Lop. Sanch. (neque Suarez dissentit) ratè proferentem habere intentionem ad æquand infallibilitatem, & certitudi-

nem diuinæ veritatis cum creata, sed solum velle illi aliquam similitudinem concedere, vturpareque diuinam veritatem ad hyperbolicam locutionem, & exaggerationem, non ad æqualem. Quo posito optimè infert Sanchez, neque blasphemiam hæc verba esse, neque culpam lethalem committere illa vsurpantem, dum non constat de blasphemio animo aquirandi omnino.

4. Tercia propositio hæreticalem assignari poterat, in qua de sanctis, qui sunt in celo regnantes negatur, vt si dicere renego. D. Petrum, Franciscum, &c. de his negat Sanchez *lib. 2. in decal. cap. 32. n. 36.* esse blasphemiam hæreticalem, tamen blasphemiam sunt, vtpotè contumeliam sanctis inferentes. Præbat; quia non negatur de sanctis aliqua veritas penines ad fidem, idè quæ iniquitiores de illis non cognoscunt. Ceterum probabilius crederem esse hæreticalem blasphemiam maxime si negatio esset de D. Petro, aliisque Apostolis, & sanctis, de quibus per sacram scripturam constat sanctos esse, & cum Christo regnare. Quia hos denegans, denegat esse, esseque beatos, sed hoc est negare quandam fidei veritatem, cum de fide sit D. Petrum, v. g. existere, existereque beatorum. Item tacite negat Ecclesiæ propositionem esse infallibilem. Neque obstat Inquisitores de his blasphemiam non cognoscere, quia id facere possunt, eo quod fortè illis exploratum non sit hæreticalem esse.

5. Blasphemiam non hæreticalem ad duo genera reducuntur primum est, in quo aliquid malum Deo, vel sanctis eius imprecatur. Secundum, in quo inuocatur, & in honore aliquid ipsius nominatur. Ex primo capite sunt blasphemiam. Tædeat Deum, Deum peniteat, sit maledictus. Non enim flagellum appropinquare eius tabernaculo potest, atque à Deo grauisima blasphemiam est ea illi optare, & imprecari: sic Couarru. *de Pañ. 1. p. 7. num. 8. & 9.* Azor. *lib. 9. cap. 28. q. 4. & lib. 11. cap. 3. q. 2.* Sanchez *lib. 2. in decal. cap. 32. n. 12. & 13. & 17.* Suarez *lib. 1. cap. 4. n. 7.* Ad idem est, si dicas, siue Deus velit, siue nolit, hoc sum facturus, quod vulgo dicitur, *quando lo nese a Dios esto ha de se*, derogas enim eius potentiam saltem ex modo dicendi: sic Suarez *cap. 5. n. 8.* Tolet *lib. 4. cap. 13. n. 6.* Sanch. pluribus relatis, *n. 15. & 18.* Ad idem caput pertinet iurare per vitam Dei, quia est iuramentum execratoriu, sicut cum iuras per vitam patris, facitque hunc sensum, percat D. i. vita, illamque vsurui, & vind. d. x. attingo, si res ita non sit, quid ergo magis blasphemiam esse potest, quam viam Deum defecioni, vt vlcioni exponere? Atque ita hoc iuramentum blasphemiam esse docet Suar. *1. de Relig. tr. 3. lib. 1. c. 5. n. 8.* Couarru. *de Pañ. 1. p. 7. n. 9. vers. sexto.* Menoch. *lib. 2. de arbitrar. cap. 375. num. 12.* Sanch. *cap. 32. n. 25.* Azor. *lib. 11. cap. 7. q. 2.* Bonac. *disp. 3. de primo decalog. præcepto q. 8. p. 2. in princip.* & alij communitur. Idem est si iures per sanctorum vitam; quia denotas sanctos illam amittere posse: sic alios relatis Sanch. & Bonac. *supra.* Non tamen caret probabilitate hæc iuramenta per vitam Dei, & sanctorum non esse blasphemiam; quia non caret probabilitate non esse iuramenta execratoria, sed asserentia simpliciter, sicut si diceret, viuit Deus, viuit D. Petrus, adductis enim Deum viuentem, & resplendentem in vita sua, & D. Petri in testem: atque ita non esse blasphemiam defendit latè Decian. *2. r. crimin. lib. 2. cap. 2. n. 13.*

De illis verbis, *posui tal. reniego de tal. per vida de tal. mal aya*, &c. absque expressione Dei, vel sanctorum dicit Sanch. alios relatis *n. 23.* pendere ex intentione proferentis: & in foro externo esse circumstantiis esse colligendum: ceterum tamen præsumi debere non esse ex animo blasphemiam nominata. Nam illamque continentia, & suppressio nominis Dei, & sanctorum indicat nolle talia verba de Deo intelligi. Item in casu dubio non est faciendia interpretatio inferens delictum, sed potius ab illo excusans. Solum de maledictione creaturatum potest dubitari; an sint blasphemiam, quia videtur Deus ipse in illis maledicere? Et quidem si quatenus creaturæ sunt maledicerentur existimo certum quia tunc maledicere in creaturam refunditur: Sic cum D. Thom. *2. 2. q. 76. art. 2. notauit.* Sanch. *dicto cap. 32. num. 14.* Tolet. *lib. 4. sum. cap. 75. num. 11.* Lessius *lib. 2. cap. 45. dub. 5. n. 29.* Bonac. *disp. 3. de primo decal. præcepto q. 8. p. 2. n. 5.* At si creaturæ siue rationales, siue irrationales sine respectu ad Deum maledicantur, blasphemiam non esset, imò neque esse peccatum mortale, sed veniale tantum, si abis iniuria alterius, vel absque animo blasphemiam. *loco allegato:* vbi addit nullum esse peccatum si creaturæ maledicantur, quatenus nobis occasio fuerint peccandi vel alicuius grauis calamitatis; quia tunc videtur maledictionem illis infligi quasi in penam, & satisfactionem damni delicti: quia non tam ipse creaturæ, quam occasio peccati, vel calamitatis maledicatur: Dixi; quando creaturæ sunt causæ alicuius graui molestiæ; ob leuem enim molestiam non licet sic maledicere; aliàs multi maledicentes animalia, ventos; pluuia; à peccato excusarentur: quod non est dicendum; rapta meti regulariter solum peccatum veniale committant; quia si animalia alia sunt, abest animus, vt talis maledicere

executioni mandetur, Lessius *dist. capite 45. dub. 5. numer. 30.*

7. In secundo genere blasphemiarum ponuntur ea, quae in decore, & inhoneste Deum nominant: si enim per modum irrisuionis, & conuicij Deum voces sapientem, & iustum, blasphemiam committit. Et idem est, si quaecunque res sacras irrisorie tractet, cum enim omnia haec summa laude digna sint, si loco laudis irrisuionem facias, blasphemus eris: sic notauit Sanchez *lib. 2. in decal. cap. 32. num. 21. §. 22.* Ad hoc genus reducitur iuramentum per pudenda Christi Domini, & sanctorum; quia ex modo iurandi intendit sic iurans contempibilem, & despicabilem Christum Dominum facere ob illas partes, cum tamen ob illas, vt potest naturales contemni non debeat: sic Nauarr. *cap. 12. num. 85. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 9. c. 8. quest. 3. §. lib. 11. cap. 3. quest. 2. Suarez t. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. cap. 4. n. 8. §. 9. Valen. 2. 2. q. 13. p. 1. vers. item potest. Farinac. lib. 3. prax. q. 10. num. 21. Sanch. lib. 2. cap. 32. n. 28. Nominare autem, vel iurare per membra Christi honesta, scilicet per eius caput, corpus, & sanguinem, blasphemiam erit, si per modum contemptus proferatur ea que de causa *lex. 6. tit. 4. lib. 8. noua compilat. mandat sic iurantem poenis blasphemij plecti.* At si non per modum vituperij, & conuicij sed magnam veritatis exaggerationem haec verba vituperentur, blasphemata non erunt, & forte culpa carebunt: quia neque in substantia, neque in modo dicendi Deo ignominiosa sunt: sic Syuell. verbo *iuramentum 2. fine. Valen. 2. 2. dist. 6. q. 7. p. 3. vers. si verò, cap. 13. num. 3. ad finem. Bonac. disput. 3. de primo decal. praepo. q. 8. p. 2. num. 4.* Ex quo fit non esse blasphemiam, si ex ira in aliquem dicas: Corpus Dei cum tali homine, Vulgo, *Cuerpo de Dios con tal hombre*, quia verba illa vera sunt, & modus dicendi non videtur Deo contumeliosus: solum enim significas te velle, vt corpus Dei illum hominem puniat, & male factum vindicet. Secus verò esset dicendum, si ex ira & passione in Deum talia verba profertis quia summa esset blasphemia aduersus Deum ita sci. Sic Valeat. 2. 2. q. 13. par. 1. vers. *sed tamen illud.* Sanch. lib. 2. c. 3. n. 30. Bonac. p. 2. n. 4. Nauarr. cap. 12. n. 85. §. 22. alij. Videri tamen plures, grauiusque Doctores apud Farinac. lib. 1. prax. q. 10. n. 18. quos ipse sequitur asserere blasphemiam esse illa iuramenta per Corpus Dei, per eius sanguinem, per caput, per capillos, per pedes, &c. Quia donatur Deum in sua diuinitate haec membra habere. Deum namque absolute prolatum non pro Christo, sed pro tota Trinitate limitur, & consequenter iam attribuitur ei quod non habet: & fauet *cap. si quis per capillum 2. q. 1.* At quod dixi magis placet, non esse inquam blasphemiam, si cum reuerentia dicatur; quia postquam verbum Dei caro factum est, cum haec membra Deo tribuantur, supponit Deum non pro tota Trinitate, sed pro secunda persona Trinitatis humanata, vt alij plures Doctores apud Farinac. *supra* defendunt.*

7. Sed quid dicendum de iuramento per intemeratam Deiparæ virginitatem? Aliqui existimant esse blasphemum: Tum quia videtur esse iuramentum execratorum, atque sanctissimam Virginem defectioni subici, si res aliter sit quam enunciat. Tum quia irreuerenter eius sexus nominatur: Sic Couar. de *Pañis 1. p. §. 7. n. 9. vers. decimo. Menoch. lib. 2. de arbit. casu 375. n. 5. Azebedo lib. 8. recopil. tit. 4. de leg. 5. n. 13.* At placet mihi sententia Sanch. lib. 2. in decal. c. 32. n. 32. negans esse blasphemiam; quia ibi nec beatissima Virgo, nec eius Virginitas execratur, neque aliquid illius ignominiose tractatur, sed Deus in illa fidei veritate in testem adducitur; sicuti si per naturam Christi, eiusque mortem iurares, quod absque vlla blasphemiam, imo & peccato fieri potest.

9. Tandem dubitabis; an omne iuramentum falsum, vel iniustum blasphemum etiam sit. Negant Sanch. lib. 2. c. 32. n. 33. cum D. Thom. 2. 2. q. 13. art. 3. ad 2. quia sic iurans non asserit Deum esse posse falsitatem testem, aut iniustitiam asseratorem; neque id intendit; imò potius sperat Deum non esse testificatum super illa re, per aliquod euidentis signum. Ceterum pro contraria parte hic ratio vtget; qui enim falso iurat, Deum testem, conformitatem falsi facit, & qui iurat contra iustitiam, Deum proponit asseratorem iniustitiae. Ergo illis verbis Deo tribuitur, quod nulla ratione conuenire potest. Ergo sunt blasphemata: nemin claris verbis dices, Firmet Deus suo testimonio hanc falsitatem, vel iniustitiam blasphemus es, sed eundem sensum habent falsa, & iniusta iuramenta. Ergo sunt blasphemata. Neque obstat, quod speres nunquam Deum asseritorem esse falsitatem aut aliquo signo esse falsitatem manifestatorem sufficere si eam asseritorem, & testificationem, asseratoremque petas. Proposui dubium, tibi decidendum relinquo.

§. IV.

De obligatione Blasphemi, & audientium illum, & de eorum iudice.

S V M M A R I V M.

- 1 Obligatur blasphemus poenitere de crimine commisso.
- 2 An blasphemus ex consuetudine sit absoluedus?
- 3 Audientes blasphemum nulli alia obligatione corrigendi tenentur praeter iure naturali impositum.
- 4 Obligantur denunciare blasphemum, sed seruanda sunt regulae tradita tract. de correct.
- 5 Hæreticales blasphemiam iudicibus fidei sunt denuncianda, non hæreticales Episcopo; vel saeculari iudici, si laicus sit blasphemus.
- 6 Si vnus iudex procedit, & poenam delicti adaequatam imponit, non potest alius procedere.

Obligatio blasphemiam ea est, vt de commisso crimine poenitentiam agat, & (scandalo dato, (si quod fiat,) satisfaciatur: quod maxime procedit in eo, qui consuetudinem blasphemandi habet: is enim sub graui culpa hanc poenitentiam consuetudinem extirpare tenetur, esto blasphemias indeliberate pronunciet; quia blasphemiam indeliberatam tamen mortali culpa vacat; eo quod non sunt voluntariae, vt actus in se, & materialiter Deo sunt iniuriosae, & aliis scandalosae: ea que de causa tenentur sic affectus diligentiam facere eas vitandi, aliis vt effectus inordinati illi erunt voluntariae, quod sufficit, vt peccato mortali maculetur, vt bene docuit Lessius *lib. 2. de instit. cap. 45. dub. 5. n. 30. fine.*

2. An autem sic ex consuetudine peccandi neganda sit absolutio in sacramento poenitentiae, vel differenda? Dixi tract. de iuram. ubi de consuetudine iurandi: ibi enim resoluti cum Sanch. lib. 2. in decalog. c. 32. n. 45. posse absolui, si verò de peccatis doceat; tamen si aliis vicibus monitus emendatus non fuerit; quia nulla occasione extrinseca tenetur, quam debeat expellere. An verò sit consiliū absolutionem differre prudentis confessoris arbitrio relinquatur, qui ex circumstantiis colligere poterit, an profutura, an nocitura sit poenitentia talis dilatio; consentit Azor. lib. 9. c. 28. q. 18. Poenitentia autem pro hoc crimine a confessoris imponenda arbitrio confessoris relinquatur, tamen Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 9. dicat grauius poenitentiam esse blasphemum imponendam, antequam absoluarur; quia in hac parte non est illud decretum receptum. Azor. t. 1. instit. moral. lib. 9. cap. 28. q. 9. Suarez lib. 1. cap. 7. num. 2. fine.

3. Ex parte verò audientium blasphemum duplex esse potest obligatio. Prima corrigendi blasphemum, Secunda cum iudici denunciandi. Circa primam obligationem dubitari potest, an ultra fratrem correctionem iure naturali debitam, debeat audiens reprehendere blasphemum, siue blasphemus illa reprehensione emendandus sit, leue non? Et ratio dubij est; quia in Concilio Lateranense sub Leone X. sess. 9. dicitur. Quicumque blasphemantem audierint eum acriter verbis obiurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse contingerit; sed acris obiurgatio non videtur esse fraterna correctio ad emendationem delinquentis directam, sed potius ad illius punitionem, & in audientium satisfactionem. Ergo audiens blasphemum non satisfacit si fratrem corrigat. Item fraterna correctio est suavis admonitio, non acris reprehensio. Deinde ad obiurgandum blasphemum, solum petit Concilium, vt obiurgans citra periculum suum id facere possit, non autem petit, vt credat delinquentem emendandum esse. Ergo illa obiurgatio non tam in correctionem delinquentis, quam in reparationem honoris diuini laxi mandatur. Ergo absque spe emendationis debet adhiberi; & ita tenet Nauarr. *sum. cap. 12. n. 83.* Ludou. Lopez *in instr. cap. 51.* paulò post princ. Petr. de Ledesma. *tr. sum. tract. 1. cap. 9. fine.* Lessius *lib. 2. de inst. c. 45. dub. 5. in fine.* Fateor rem esse dubiam, an Concilium voluerit ius nouum statuere, an potius obligationis naturalis recordari, & confirmare, qua publice peccantes arguere, & obiurgare tenentur, si ex obiurgatione fructus speratur. Neque obstat quod expresse huius fructus non meminerit. Non enim meminit; quia in omni correctione supponebatur vt clarum, ad illius obligationem fructum debere sperari. Sed concessio in supradicto concilio ius nouum statui, mandarique audientibus, vt blasphemantem obiurgent, & reprehendant, tamen emendandus non sit, sensu consuetudine hoc decretum abrogatum esse; ac proinde audientes non astringi alia obligatione praeter charitatis obligationem, qua debent peccantem corrigere, si ex correctione fructus speratur: sic Azor. t. 1. instit. moral. lib. 9. c. 28. q. 7. Sanch. lib. 2. c. 32. n. 46. Bonac. *disput. 3. de primo decal. praepo. q. 8. p. 1. vers. addo.* Vnum tamen est omnino certum, si honor diuinus petiatur ob blasphemiarum receptionem

ceptionem, & tu commodè potes illum defendere obiurgatione, & reprehensione delinquentis, ex præcepto Religionis, vel charitatis obligaris; quia obligaris hæc mala auertere, & Deum innocentissimum defendere, quoad fieri possit. Sic Sanch. lib. 2. in decal. c. 35. n. 9. post med. &gidius de Coninch. disputat. 28. de correct. frater. dub. 1. n. 4. & dubitat. 6. num. 108.

4. Circa secundam obligationem de denunciatione faciendâ iudici constans est omnium sententia, audientes affici: quia sic cautum est in supradicto decreto Concilij Lateranens. & à Julio III. in sua constitutione, quæ incipit in multis, in qua mandatur audientibus, ut intra triduum denunciationem faciant; alioquin penis blasphemi subduntur. Dubium tamen est; an præmittenda sit correctio fraterna, si per hanc speratur emendatio? Placet mihi præmittendam esse; quia in hac denunciatione faciendâ præcipue attenditur delinquentis emendatio, & peccatorum impedio. Si ergo hic finis fraterna correctio obtineri potest, non licet iudicalem facere, quia curandus est proximus ea minori iactura, qua fieri possit: Sanch. alii relatis lib. 2. in decal. c. 32. in fine, Bonac. disp. 3. de primo decal. præcepto q. 8. p. 1. in fine.

5. Sed inquires, quibus iudicibus hæc denunciatio faciendâ est? Respondeo illis esse faciendam, quin hoc crimine procedere possunt. Hi sunt Inquisitores hæreticæ prauitatis, si blasphemia hæreticalis sit; quia de his blasphemis ipsi solum cognoscunt, & in aliis blasphemis non se possunt intromittere. Sanch. lib. 2. cap. 32. n. 37. Azor. lib. 9. c. 28. q. 5. Farinac. præf. q. 20. n. 39. Salzed. præf. cap. 113. vers. quandoque tamen, August. Barbof. 3. p. de potest. Episc. alleg. 50. n. 89. Emeric. 2. p. direct. q. 41. n. 2. & ibi Pegna com. 66. & alij apud ipsos. Quod si blasphemia non sit hæreticalis, eius iudex est Episcopus tam clericorum, quam laicorum. Laicorum autem est etiam secularis iudex, inter quem & Episcopum datur præuenio: tradunt Doctores in c. 2. de maledictis. per textum ibi. Couarr. cap. quamuis pactum de pactis 1. §. 7. n. 12. Azor. Sanchez Salzedo, Farinac. Emeric. & Pegna supra, August. Barbofa, num. 93. & 94.

6. Cognitio tamen vnus iudicis, & pœnæ impositio in delictis mixti fori, si delicto adæquata sit, impedit quod alius iudex procedat: at si inadæquata sit delicto, non tollit, quin alius iudex procedere quoad condignæ pœnæ impositionem possit: sic Farinac. q. 20. n. 39. Couarr. 2. præf. cap. 10. n. 6. Anton. Gom. 1. 3. var. c. 1. n. 49. Pegna 2. p. direct. schol. 20. colum. 5. August. Barbof. 3. p. de potest. Episc. alleg. 50. n. 95. Bobadilla politic. lib. 2. c. 17. n. 98. & c. 18. n. 234. Salzedo præf. c. 113. & alij apud ipsos. Verum cum pœnæ ex circumstantiis occurrentibus tum personarum delicti sæpè minuuntur, ratio potest iudex secularibus causam ab Ecclesiastico decissam, vel è contra Ecclesiasticus causam à seculari decissam assumere iudicandam prætextu quod rectè iudicata non fuerit, neque condigna pœna pro delicto imposita; quia semper præsumendum est rectè fuisse iudicandam. Et in casu dubio iudici decidenti iure standam est. Neque alius contrarium declarare poterit; aliàs non solum iudex erit delinquentis, sed & iudicis. Colligitur ex Barbofa supra. Vide Farinac. q. 4. n. 7. & seqq.

§. V.

De pœnis blasphemi impositis, vel à iudice imponendis.

S Y M M A R I U M.

1. Ipso iure nulla est, imponenda multiplex, tam ciuili, quam iure canonico.
2. Pro hæreticalibus blasphemis ablutatio indicitur tanquam de hæresi suspectis.
3. Pro aliis seruanda est Constitutio Pij V.
4. Iudex attendere debet qualitatem delicti, ut augeat, vel minuat pœnam.
5. Quid si delinquens incontinenti blasphemiam retractauit, nulla, vel leuissima pœna afficiendus est.
6. Blasphemus condemnatus à testimonio dicendo non repellitur.

1. Ipso iure nulla est huic crimini pœna imposita, vt bene aduertit Suar. 1. 1. de relig. tract. 3. lib. 1. c. 7. imponenda tamen à iudice multiplex est tam iure ciuili, quam canonico.

Iure namque ciuili blasphemis erat antiquitus pœna mortis imposita; iuxta Authentic. vt non luxurientur, §. prætere, collat. 6. & ibi Barr. Angel. Glossa, & communiter Doctores, vt testatur Menoch. de arbitrar. casu 375. n. 25. Couarr. in cap. quamuis pactum de pactis, 1. p. §. 7. n. 10. Iulius

Clar. in præf. §. blasphemia. vers. sed quare in prin. Farinac. lib. 1. præf. tit. 3. q. 20. num. 3. Sed hæc pœna non habet locum nisi in blasphemante ex consuetudine, vt tradit. Menoch. n. 26. Farinac. n. 41. Couarr. n. 10. fine. Quam consuetudinem non inducit binus, vel ternus actus, sed plures requiruntur, vt alii relatis Farinac. n. 45. August. Barbof. 3. p. de potest. Episc. alleg. 50. n. 101. Verum iam hæc pœna moris consuetudine abrogata est, vt alii relatis docet Menoch. de casu 375. n. 26. Farinac. n. 64. Iure canonico variæ pœnæ impolite sunt, laicis in cap. 2. de maledictis, pro clericis, in cap. si quis per capitulum, 22. q. 1. vbi efficiuntur pœna depositionis sed in Concilio Lateran. sub Leone X. dicta sess. 9. & in constitutione Iulij III. quæ incipit, in multis de præuatis, & in alia Constitutione Pij V. incipiente, cum primùm Apostolatus, quorum tenorem refert Farinac. dicta q. 20. n. 62. & August. Barbofa allegat. 50. n. 97. variæ tam pro clericis, quam pro laicis pœnæ designantur. Sed hæc constitutiones testatur Suar. lib. 1. cap. 7. n. 3. vbi non esse receptas, Quapropter in punitione huius criminis spectandæ sunt constitutiones, & statuta ciuitatum, & maxime consuetudo recepta, & secundum eam iudicandum.

2. Si igitur blasphemia hæreticalis fuerit quæ per Inquisitores prauit, debent sic delinquentes ablutari tanquam de hæresi suspecti; & pro qualitate suspicionis debet esse ablutatio si deliquerint. Sæpè, & leui turbatione ducti ablutari, tanquam de hæresi vehementer suspecti. Si autem raro deliquerint, vel graui occasione ducti ablutari de leui; sic testatur Emeric. 2. part. direct. q. 41. num. 5. & 6. At Francisc. Pegna ibi com. 66. vers. ceterum, relato Simanch. & Ioan. Ruyss. testatur esse praxim receptam, si blasphemia atrox sit, & illam committens plebeius ducatur in publicum spectaculum alligata lingua, & myrtam infamem portet, & flagelli castigatus, & in exilium mittatur. Quod si nobilis sit, sine myrtâ producat, & in monasterium detradatur ad certum tempus, pecuniariamque multam soluat, & quandoque compellatur ob suspicionem ablutari. In leuioribus autem blasphemis affirmat Inquisitorum iudicio relinquij. Regulariter tam enim sic blasphemantem condemnari, vel aliquo die festo pallio, cordis pedibus, capite discooperto, & cum ceruo accento, & chorda succinctus Missam audiat, quâ peractâ publicatur eius delictum, & sententia condemnationis, quæ foret esse alius multatæ pecuniaræ, vel ieiuniorum.

3. At pro aliis blasphemis, si clericis, sic censio seruandam esse Constitutionem Pij V. vt pro prima vice, qua condemnatus fuerit, priuetur fructibus vnus anni cuiuscuque beneficij possit: pro secunda, omnibus beneficiis; pro tertia, omnibus dignitatibus exutus in exilium mittatur. Quod si nullum beneficium habuerit, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice multetur; pro secunda, carceribus mancipetur; pro tertia, verbaliter degradetur, & ad trimes mittatur. Si autem blasphemus laicus fuerit, regulariter pro prima vice lingua alligata in publicum dicitur, & in exilium mittitur; pro secunda, verberatur; pro tertia, trimes additur. Si autem nobilis sit, & blasphemæ nec nimis atroces, neque frequentes fuerint, pœna pecuniaria multatur, & in exilium pro tertia vice mittitur. Vide Couarr. cap. quamuis pactum, de pactis 1. p. §. 7. n. 11. & August. Barbofa 3. p. de potest. Episc. Allegat. 50. n. 102. Pro blasphemis in sanctos omnes aduertunt iudicis arbitrio pœnam relinquij, vt reliquit Concilium Lateranens. & Pius V. in sua constitut.

4. Aduerto iudicem in impositione pœnæ pro hoc delicto attendere debere tum qualitatem blasphemæ, tum frequentiam, tum occasionem, & ex illis augere, vel minuire pœnam poterit; eaque de causa plures grauesque Doctores esse stimant hanc pœnam arbitriam esse, vt alii relatis docet Menoch. dicto lib. 2. de arbitrar. casu 375. n. 20. Iulius Clarus §. blasphemia, vers. sed quare, Farinac. q. 20. n. 66. Nunquam tamen existimo esse occasionem minuendi pœnam, quod in illa provincia inualuerit consuetudo blasphemandi: imo tunc existimo augendam esse pœnam, vt alij continentur, & talis abusus, & corruptela extirpetur, consuetudo enim quæ est contra naturalem non excusat, sed acuat, vt alii relatis docet Farinac. c. 44.

5. Ea tamen erit sufficiens occasio non solum minuendi pœnam, ita vt leuissima, vel nulla imponatur, si delinquent incontinenti blasphemiam retractauerit, & antequam è loco discedat, signa contritionis exhibeat, v. g. percutiat pectus, terram deosculetur, vel aliud quid faciat; quia tunc præsumi potest inconsideratè, & indeliberatè, fuisse locutum, & ex labricitate linguæ, potius quam ex animo blasphemiam protraxisse: si enim actione inuiuat non teneatur, & pœnam euitare qui alterum dehoneftans incontinenti se retractat, vt pluribus firmat Farinac. dicto quasi. 2. n. 59. à fortiori excusandus est blasphemus, qui blasphemiam incontinenti retractauit: siquidem mitius cum Deo, quam cum hominibus agitur, vt bene ponderauit Farinac. n. 57. cum Arnold. Albert. tractat. de agnosc. assert. Cathol. & hæretic. quasi. 28. n. 9. 3. & 14.

6. Denique

6. Denique dubitari potest: an blasphemum post condemnationem repellendus sit à testimonio tanquam infamis; Ratio dubij est: quia ex iure civili non reputatur infamis, ve probat lex famosi, ff. ad leg. lul. maiesi. ibi lubricum lingue non debet facile trahi ad pernam. Ex facto autem non potest delicto facti, tamen castigato. Negari enim non potest ex obiectione blasphemie testimonium aliqua ex parte diminui, neque esse ita solidum, ac si nihil obici potest; quod suspicionem ingerat falsitatis, vt recte probat alijs relatis Couaruii, in Epistol. decret. 2. part. cap. 8. §. ultimo, numero 7. Et 8. Ergo blasphemum, cui blasphemia obici potest, non censetur testis omni exceptione maior: sic Couaruii. in cap. quantum pactum, de Pactis, l. 1. part. §. 7. num. 11. vers. His equidem, cum Alexand. Decio. Thom. Grammatico. Quod intelligendum cenfeo, dum recens fuit blasphemia, & illius declaratio. Nam si multum tempus transierit, verbi gratia, duobus, vel tribus annis, in quibus constat de illo vicio emendatum esse, cenfeo ob illam causam eius testimonium non infirmari, quod mihi probat ratio dubitandi.

PUNCTUM III.

De Sacrilegio crimine Religioni opposito.

Si etymologiam nominis spectemus, sacrilegium idem est, quod rei sacræ legium, siue furtum: & sic sacrilegus est qui sacrum legit, seu furatur: sic Isidorus lib. 1. origin. lit. S. Quintilianus lib. 5. cap. 10. Ambrosius, Calepinus verbo sacrilegium Decian. tractat. crimin. lib. 9. cap. 14. Rub. de Sacrilegio, num. 9. & alij communiter. Aliquando omnis latè sacrilegium sumitur pro quocunque vicio religioni opposito: & sic comprehendit quemlibet profanum cultum; quia in eo Deus, qui est summe sacer offenditur: qua ratione D. Augustinus aliique Patres idolorum sacrificia vocabant sacrilegia sacra, & pacta cum daemonebus sacrilegia pacta: sed hæc acceptio sacrilegij propria non est. Propria ergo acceptio sacrilegij est, que ex rei sacræ à Deo distinctæ ratione, seu violatione sumitur sic D. Thom. ab omnibus receptus. 2. 2. quæst. 99. art. 1. Et 3. secundum hanc acceptionem, explicabimus, quid sacrilegium sit, quoruplex, quale peccatum, & quas penas habeat annexas.

§. I.

Quid sit Sacrilegium, & quoruplex.

S V M M A R I V M.

1. Sacrilegium definitur.
2. Distinguitur ab illis vitijs superioribus, puncto secundo enumeratis.
3. Sacrilegium fit per actionem involuntariam eius in cuius cultum res sacra dicata est: Et ibi an simonia sacrilegium sit?
4. Triplex est sacrilegium circa personam, circa locum sacrum, circa res sacras.
5. Sub iis varia species continentur.

1. Sacrilegium definitur à D. Thom. 2. 2. quæst. 99. art. 1. quem omnes sequuntur, vt sit sacræ rei læsio, seu violatio. Nominè rei sacræ intelligitur illa, quæ lege diuina, vel Ecclesiastica in cultum Dei est destinata: si ergo huic cultui contrarietas, rem sacram violas, & sacrilegium committis.

2. Ex hac definitione manifestè inferretur, sacrilegium distingui à pernicio, à tentatione Dei, à Magia, superstitione, & blasphemia, & quolibet alio vicio, quo diuina maiestas directè in se offenditur; quia sacrilegium non respicit immediatè ipsum Deum tanquam materiam, & obiectum, circa quod versatur, qualiter respicit pernicium, blasphemiam, tentatio Dei, supersticio, &c. sed respicit rem creatam in cultum Dei destinatam, cuius cultum derogat; ac proinde sacrilegium offendit Deum non se, sed in rebus ipsi dicatis: Sic Suarez tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 3. de Sacrilegio in proæmio. Less. lib. 2. cap. 45. dub. 2. n. 7.

3. Solum est difficultas qualis debeat esse hæc violatio? Caictan. dicta quæst. 99. art. 2. dicit debere fieri per actionem

involuntariam illius, cuius res est, cum autem contra voluntatem Dei fiat, quia res sibi dicata, male tractatur; efficitur sacrilegium committi per actionem involuntariam respecta Dei. Ex quo inferri simoniam non esse sacrilegium; quod sit consentiente parte, cuius res est. Adde de simonia separatim à sacrilegio agere D. Thom. & Doctores. Ergo credunt à sacrilegio distingui.

Fateor sacrilegium committi per actionem involuntariam illius, cuius res est, seu in cuius cultum est dicata: nego tamen inde inferri simoniam verè, & propriè sacrilegium non esse, cum contra voluntatem Dei ematur, aut vendatur sacrum. Neque obstat in tali venditione homines consentientes, aliàs si Episcopus consentiat locum sacrum profanari, res facta alienari, clericos ad secularè tribunal duci, sacrilegium non committeretur. Quod non est dicendum: Ergo consensus partis non tollit sacrilegium: & ratio videtur manifesta, quia huiusmodi consensus non tollit, quin res sacra Deo dicata indebitè tractetur, & Deus in tali tractatione offendatur. Ergo non tollit quin verè sacrilegium sit: atque ita docena Glossa in cap. Audinimes 1. quæst. 3. per text. ibi: Lessius lib. 2. de iustit. cap. 45. dub. 2. in fine, num. 8. Suar. tom. 1. de Religione, tract. 3. lib. 3. c. 1. num. 6. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 9. cap. 27. quæst. 8. Neque obstat de Simonia separatim à sacrilegio agi, quia id fit oblatam eius materiam, & specialem eius rationem, non quia verè sub sacrilegio non continetur.

4. Triplex genus rerum sacrarum enumerari solet, & iuxta illud triplex genus sacrilegij distinguitur. Primum est circa personas sacras. Secundum circa locum sacrum. Tertium circa res sacras. Sub iis generibus variæ species sacrilegij comprehenduntur; sed nulla est, quæ sub aliquo membro huius diuisionis non comprehendatur; ac proinde hæc diuisio tanquam apta ad explicationem huius vitiij sustinenda est, eamque sustinent Doctores cum Glossa in c. sacrilegium 17. quæst. 4. & Theologi cum D. Thom. 2. 2. q. 99. art. 1. Et 3. & Summilla, verb. Sacrilegium, Less. dub. 3. Suar. cap. 1. num. 8. Azor. cap. 27. quæst. 2. Valent. disp. 6. quæst. 15. p. 1. in prime. Bonac. disp. 3. de primo decalog. precept. q. 6. p. vnie. n. 1. & alij communiter.

5. Dixi sub iis generibus variæ species sacrilegij contineri. Neque enim eiusdem speciei est sacrilegium commissum in percussione clerici, ac commissum in imponendo ei aliquod tribunal, illum verò ad tribunal secularè deferendo. Et idem est de sacrilegio commissio aduersus locum sacrum, quod in variis speciebus diuiditur secundum variæ actiones, quæ ibi sunt prohibita, scilicet furtum feminis, vel sanguinis emissionem, iudiciale strepitum, &c. Tertium genus clarius est sub se variæ species continere. Neque enim esse potest eadem sacrilegij species irreuerenter tractare sacramenta, ac vasa sacra, ac imagines, reliquias, & bona Ecclesiastica. Dicendum ergo est illam trimembrem diuisionem sacrilegij esse generis, in species subalternas: sic latè probat Suarez dict. 10. 1. de Relig. tract. 3. lib. 3. cap. 5.

§. II.

Explicatur supradicta Diuisio Sacrilegij.

S V M M A R I V M.

1. Qualiter læsio persona sacra sacrilegium sit.
2. Multipliciter persona sacra lædi potest. Et an omnes hæc læsiones sacrilegia sint, examinatur.
3. Qualiter violatio loci sacri sacrilegium constituat.
4. Sacrilegium est irreuerentia sacramentis facta, & quid de facta Eucharistia. An distinguatur ab irreuerentia Deo in sua persona facta?
5. Irreuerentia in sacrificio facta grauioris malitia est, quam sacrilegium.
6. Vasa sacra, imagines Dei, & Sanctorum reliquias profanare sacrilegium est, & quid si reliquias, & imagines Sanctorum profanentur, quatenus sunt imagines, & reliquias aliquorum, quibus ob propriam excellentiam veneratio debetur.
7. Profanatio sacrorum verborum est sacrilegium.
8. Item & ornamentorum Ecclesie, & ministrorum.
9. Alienare bona Ecclesie absque debita solemnitate sacrilegium est.
10. Quid dicendum de retentione decimarum, & legatorum.
11. Quid de tempore sacro, scilicet diebus festiuis? Non videtur inter res sacras numerandum.

1. Prima diuisio sacrilegij (vt dixi) est quæ committitur circa personam sacram. Personam sacram voco Ecclesiasticam, quæ tum ordine, tum religionis statu specialiter in Dei

Dei cultum destinatur. Hanc igitur si laedas, quatenus sacra est, sacrilegium committis. Dices: Veneratio harum personarum non est religio, sed quaedam obsequantia: seu dulcia. Ergo irreuerentia illis facta non est sacrilegium, sed alia species inferior. Nam peccatum commissum contra reuerentiam debitam alicui personae, illi virtuti opponitur, quae dicitur talem personam venerari: sicuti peccatum irreuerentiae commissum contra parentes pietati opponitur; quia ex pietate teneris parentes venerari: sicuti ex virtute dulcia, vel ex politica obsequantia obligatus es personas Ecclesiasticas venerari, irreuerentia illis facta aduersus hanc virtutem erit, & non aduersus religionem.

Respondeo dupliciter posse te has personas venerari: Primo, quatenus in se habent aliquam excellentiam absolutam veneratione dignam. Secundo, quatenus in cultum Dei specialiter destinantur, & illius ministri sunt. Si primo modo has personas venereris, non ex religione, sed ex obsequantia, aut dulcia veneraris, & irreuerentia illis facta non contra religionem, sed contra virtutem obsequantiae, vel dulcia procedit. At si quatenus sunt ministri Dei, & in diuinum cultum destinari illos venereris, actum religionis facis; quia non tam eos, quam Deum in illis veneraris. Et est contra si secundum hanc rationem illos offendas, sacrilegium virtuti religionis oppositum committis. Quocirca cum Ecclesia prohiberit in has personas violentas manus inferri, & ad saecularia iudicia trahi, quia Dei ministri sunt & cultui diuino deputati, si illos in his actionibus offendas, sacrilegium committis; quia offendis Deum in rebus sibi specialiter dicatis: sic notatur Suarez *tom. 1. de Religione, tractat. 8. lib. 3. cap. 6. n. 5.*

2. Multipliciter autem laedere personam Ecclesiasticam potes. Primo per violentam manus impositionem. Secundo per usurpationem iurisdictionem. Tertio per rapinam, & furtum. Quarto per actionem veneram. Neque alia occurrit actio, qua possit persona sacra violari. Et quidem per violentam manus impositionem nemini esse potest dubium, sacrilegium committi: quia specialiter his personis cauetur intuitu religionis, honoris, & reuerentiae ipsis debita: ut constat ex *cap. si quis suadente. 17. quae. 4.* Quae illa violenta manus impositio non solum habet speciem iniustitiae, qualem haberet, si illa persona laesa Ecclesiastica non esset, sed habet speciem irregularitatis, seu sacrilegij; quia specialiter Ecclesia voluit Ecclesiasticam personam in reuerentiam sui status liberam, & exemptam ab hac iniuria constituere. Quae autem sint haec reuerae in particulari, quae hoc privilegium canonis gaudeant, & quae actio sub violenta manus impositione intelligatur, late diximus, *tractat. de excommunicat. puncto de excommunicat. reuerentia in decreto.* De secunda actione, quae est iurisdictionis usurpatio, constat sacrilegum esse; quia est aduersus immunitatem personae debitam; debetur enim his personis exemptio a forensi iudicio, & a vestigialibus, & tributis: quare qui illas contra hanc immunitatem obligaret iudicio saeculari sistere, & tributa soluere, sacrilegus esset. Quouique haec immunitas extendatur: & quae poenae violentantibus sint impositae late diximus *tractat. de immunit. personarum Ecclesiasticarum.* Tertia actio, qua personae Ecclesiasticae offendi possunt, est furtum & rapina: de qua non desunt Doctores qui affirmant sacrilegium esse, maxime si furtum, & rapina sit bonorum titulo Ecclesiastico acquiritorum: sic Valent. 2. 2. *disp. 6. quae. 15. p. 1. col. 1.* Ceterum per hanc actionem specialiter non offenduntur personae Ecclesiasticae; eo quod nullibi inueniantur a iure Ecclesiastico in hoc crimine defensionem magis quam saeculares: & notatur in praesenti Suarez *tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 3. cap. 2. num. 8.* Azor. 1. *tom. lib. 9. cap. 27. questione 3.* Si autem bona quae furantur, non sunt beneficiarum, sed Ecclesiasticae, qui illas usurparet, sacrilegium committeret: quia quaelibet illarum alienatio sine debita solemnitate prohibetur. Sed hoc sacrilegium non est aduersus personam Ecclesiasticam, sed aduersus rem sacram. Quarta actio, quae est fornicatio, & similis turpitudine si a persona Ecclesiastica fiat, iudicatur committere a Doctoribus sacrilegium: quia personas Ecclesiasticas maxime dedecet: ratione enim sui status a tali macula conuenit, esse immunes. Quod a fortiori militat in his personis Ecclesiasticis, qui speciali voto obligantur ab iis delectationibus abstinere, quales sunt ordine sacro insignitae, & religiosae. Haec ergo per votum corpus suum, & animam Deo offerunt, & consecrant, reddunturque in illa parte quasi sacrae: ergo contra faciens sacrilegium committit; quia rem cultui diuino destinata violat: sic committit Doctores cum Dio. Thom. 9. 1. 4. *art. 1. & 99. art. 1.* & ibi Caietan. Valen. *disp. 6. q. 15. p. 1. in princ.* Lessius *lib. 2. c. 45. dub. 3. num. 11.* Azor. 1. *p. instit. moral. lib. 9. cap. 27. q. 5.* Bonac. *disp. 3. de primo decal. precept. 9. p. unico. num. 3.* Qui omnes extendunt supradictam doctrinam ad quodlibet votum, cuius violationem sacrilegium esse affirmant: quia eo ipso, quod res per votum Deo dicata sit, tam est iure diuino in cultum Dei destinata. Ergo contra faciens sacrum laedit: est ergo sacrilegus. Ceterum mihi probabilis est violationem vo-

ti non in specie rigorosa sacrilegij, de qua in praesenti sed in specie perfidia constitutam esse, sic tenet. Suarez *tom. 1. de Religione, tract. 3. lib. 3. cap. 4. num. 5.* Ratio est: quia per violationem voti Deus in se offenditur, cui votens iudicis est: sicuti offenditur per perurium, per blasphemiam, per omisionem Missae in die festo, & similia: sed iniuria, quibus Deus immediate offenditur, sunt in alia specie a sacrilegio distinctae, vt in princ. huius Puncti diximus. Ergo violatio voti in alia specie a sacrilegio constitui debet, quae nulla est alia nisi perfidia fidelitati opposita. Neque obstat per votum rem promissam in cultum Dei destinari, vt inde affirmemus sacrilegium esse illius violationem; quia cum non destinatur in alium cultum, nisi in alium voti executionem, & obsequantiam fidei datae non potest illius violatio aliam maius habere, nisi maius infidelitatem. Neque item obstat turpitudinem dedecere maxime personam Ecclesiasticam, & maxime si sacerdos sit, vt inde affirmemus quamlibet turpitudinem ab ipsis commissam esse sacrilegium: alia furta, homicidia, blasphemiae, detractiones, & quae libet alia peccata sacrilegia essent; quia omnia illa maxime dedecet Ecclesiasticas personas, & praecipue Sacerdotes. Verum quia haec generalis indecentia, & turpitudinem non inferit specialem prohibitionem; ea de causa ad speciem sacrilegij non transeunt, sed intra propriam speciem grauiora sunt. Sic dicendum est de fornicatione, & quaelibet alia turpitudine, si voti obligationem secludamus; licet enim quaelibet personas Ecclesiasticas haec maxime dedecet; quia tamen ex vi consecrationis specialis lege non prohibentur ab iis abstinere: ea de causa sacrilegia non sunt. Vocatur autem haec infidelitas sacrilegium; quia omnia vitia religioni opposita hoc nomine nuncupantur; non quia propriae sacrilegium sunt, qualiter in praesenti usurpamus.

3. Secundum genus sacrilegij dixi esse violationem loci sacri quoad immunitates, quas habet, quatenus talis locus est, quod qualiter contingat late dixi *tractat. de immunit. Ecclesiasticae.* Solum aduerto in vna actione hoc, & praecedens sacrilegium posse reperiri, si enim iudex laicus per violentiam clericum delinquentem a loco extrahat, & a suo tribunali sitat iudicandum, committit triplex sacrilegium. Primo, ob violentam manus impositionem. Secundo, ob extrahendum a loco sacro. Tertio, ob usurpationem iurisdictionem: quae omnia in confusione manifestari debent: & ex parte notatur Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 6. n. 6. & 7.*

4. Tertium genus sacrilegij, quod per antonomasiam rei sacrae violatio dicitur multiplex est, propter varietatem sacrarum, quae violari possunt; quaeque enumerantur D. Thom. 2. 2. *quae. 99. art. 3.* Et in primo loco constituit Sacramenta. Secundo, vasa sacra, imagines, & Sanctorum reliquias, quibus addi potest Scriptura sacra, & caeremoniae in cultum Dei destinatae. Tertio ornamenta Ecclesiae, & ministrorum. Quarto bona Ecclesiastica in sustentationem ministrorum deputata: in his enim omnibus Deus colitur, & consequenter eorum macula tractatio sacrilegium est.

Merito D. Thom. primo loco constituit Sacramenta; quia nulla res est illis sacratio. Tenens ergo ea digne tractare, tam in administratione, quam in susceptione, alias sacrilegus eris: Solum de sanctissimo Sacramento Eucharistiae est dubitatio; an eius irreuerentia sit irreligiositas alia distincta a sacrilegio, & eiusdem rationis cum ea, quae Christus dominus in se ipso offenderetur. Affirmat Suarez *tom. 1. de Religione, lib. 3. cap. 6. num. 1. & 2.* Mouetur, quia Christus in Eucharistia eadem adoratione laetitia adoratur, & eadem reuerentia colitur, ac colitur in propria persona, vt tradit Trident. *sess. 13. cap. 5. & can. 6.* Ergo irreuerentia facta Eucharistiae est eiusdem rationis cum irreuerentia facta Christo in propria persona; quod confirmari potest ex illo Pauli 2. *Corinth. 21.* affirmantis eum esse corpus, & sanguinis Domini, qui indigni Eucharistiam sumit. Nihilominus tenenda est communis sententia irreuerentiam factam Eucharistiae esse proprie sacrilegium: tamen omnium grauissimum, neque aliam speciem irreligiositatis habere; sic Caietan. 2. 2. *quae. 99. art. 1. & 3. dub. 6.* Lessius *lib. 2. de iustit. cap. 45. dub. 3. n. 16.* Facet D. Tho. *supradicto loco*: quatenus Eucharistiam inter res sacras constituit, omniumque sacratissimam, reliquique DD. enumerantes Sacramenta, inter res sacras, quae per sacrilegium profanari possunt, non excludunt Eucharistiam Sacramentum, sed potius dicunt in illo specialius rationem sacrilegij reperiri. Sed probo conclusionem: Quia Eucharistia est Deus contentus, non est Deus formaliter, sed signum gratiae sanctificantis Deum ipsum continentens. Ergo iniuria facta Eucharistiae non fit formaliter Deo: ergo non est irreligiositas a sacrilegio distincta. Et confirmo Christus dominus in Eucharistia existens non fit exhibere visibilem, & tractabilem, sed insitit cuiusdam rei inanimatae, tamen ibi sit mens, & intelligens. Ergo iniuria Eucharistiae facta, non est formaliter facta ipsi Deo in propria persona, sed in signo illum continente, & gratiam significante: sed quaelibet iniuria facta Deo in eius signo, est in specie sacrilegij: ergo. Item negari non potest, irreuerentiam factam

factam Eucharistiae esse in specie sacrilegij; quia est violatio rei sacratissimae. Ergo non est in alia specie irreligiositatis; quia non sunt vitia multiplicanda abique manifestata ratione. Neque obstat fundamentum oppositum. Fateor inquam adorationem, & reuerentiam factam Christo in Eucharistia esse latinam, & ad hanc reuerentiam, & adorationem solum expellatur, ut feratur in personam diuinam sive in se, sive in signo. An autem intra illam speciem adorationis latrae varij actus specie distincti distinguantur, alij qui feruntur in Deum secundum se, alij qui feruntur in ipsum representatum in imagine, non satis constat, & forte probabilis est distingui. Verum in ratione irreligiositatis iam receptum est, irreuerentiam, quae fit Deo secundum se, distingui ab ea, quae fit ipsi in signo representante, seu continente, tamen utraque irreuerentia adorationi latrae opponatur. Quod optime confirmatur ex irreuerentia facta cruci, & imagini saluatoris, quae sine controversia sacrilegium proprie dicitur, tamen si opponitur adorationi latrae. Ergo irreuerentia facta Eucharistiae sacrilegium proprie erit, tamen adorationi latrae opponatur.

3. Sed inquires, quate sacrificium non fuit enumeratum à D. Thom. inter res sacras primi generis, cum etiam possit, sicuti & Sacramenta irreuerenter tractari. Respondet, quia sacrificium est ipsemet cultus Dei in se, non res cultui deferens, ideoque reuerentia in illo commissa grauioris malitiae est, quam sacrilegij quia offendit Deum in se: sacrilegium vero offendit Deum in signo representatum. Idem est dicendum de oratione. Non enim oratio est res, per quam Deo cultus deferatur, sed potius ipse formalis illius cultus, & aequo irreuerentia ibidem commissa Deo immediate fit, non rebus eius cultui deferentibus.

6. In secundo loco constituit D. Tho. vasa sacra, imagines Dei, & Sanctorum reliquias: quia haec omnia cultui diuino deferuntur eorumque profanatio credit in iniuriam ipsius Dei, quod in vasis sacris, imaginibus Dei clarum est. De reliquijs, & imaginibus sanctorum est dubium: an eorum irreuerentia sacrilegium fit? Et ratio dubij est, quia eorum veneratio non pertinet ad virtutem religionis, sed ad aliam virtutem inferiorem, scilicet dulciam. Ergo irreuerentia illis facta illi virtuti opponitur, & non religioni, sicuti irreuerentia facta parentibus virtuti pietatis, & non religioni opponitur, quia parentes non ex virtute religionis, sed ex virtute pietatis honorantur.

Dicendum est dupliciter Sanctorum imagines, eorumque reliquias profanari posse: vel quatenus sunt reliquiae, & imagines amicorum Dei, illique familiarium, vel quatenus sunt reliquiae, & imagines aliquorum, qui ob propriam excellentiam, quam habent, veneratione sunt digni. Si primo modo irreuerentia fiat, sacrilegium est propriissime, quia tunc non tam ipse sanctus, quam Deus in illo, cuiusque imagines dehonestatur. Ac si secundo modo irreuerentia fiat, conuincit argumentum, non esse proprie in specie sacrilegij talem malitiam, sed in alia inferiori: Adde potest forte speciem sacrilegij illi coniungi, quia in iniuriam Dei credit quilibet irreuerentia facta illis, quos Deus sibi coniunctissimos habet, tamen non illis, sicut, quatenus coniuncti sunt. Nam est ad cultum promouentem ex virtute religionis haec formalis intentio necessaria fit: ac ad vitium ei oppositum non videtur requiri; quia plura ad rectam operationem, quam ad malam requiruntur: cum bonum ex integra causa, malum ex quolibet defectu: sic Lessius lib. 2. cap. 45. dub. 3. n. 18. Suarez tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 3. c. 6. & 7.

7. Ad huiusmodi speciem reduci possunt quilibet verba sacra. Tum quia sunt quasi quaedam Dei reliquiae ab ipso dictatae. Tum quia ipsum Deum loquentem quasi imagines representant. Tum quia per ipsa nos Deus sanctificat, iuxta illud Ioan. 13. Vos mundi estis propter sermonem. Quocirca illo, um profanatio, & abusus, seu corruptela sacrilegium grauiusimum est: praeterquam quod alia crimina secum regulariter coniungit: sic Suar. c. 6. sine Less. dub. 3. n. 17. Bonac. disp. 3. de primo decal. praec. q. 6. punct. unico, n. 5.

8. Tertio loco constituit D. Thom. ornamenta Ecclesiae, & ministrorum, scilicet quae specialiter sunt per consecrationem, seu benedictionem diuino cultui destinata: per haec enim Deus colitur. Ergo illorum profanatio sacrilegium est: sic Suarez, Lessius, Bonac. & omnes. Quare si vestes sacras irreuerenter scindas, comburas, seu ad vsus profanos applices, aut alio modo irreligiose tractes, sacrilegus eris. Et idem est de destructione irreligiosa templi illiusque profanatione: quia templum est quaedam res sacra, sicut vasa sacra, & ornamenta, tamen si alias immunitates speciales habeat, quae vasis factis, & ornamentis non sunt concessae, vt bene notauit Suarez cap. 5. sine. Dixi notanter, quae sunt per consecrationem, seu benedictionem destinata diuino cultui: quia non caret probabilitate, reliqua, quae ad ornatum pertinent, & vasa, in quibus ponitur vinum, & aqua inter res sacras computanda non esse: sic docuit Anton. Gomez in 3. variar. c. 5. n. 11. & consensit Farinac. qu. 172. n. 46. & 58. Haec species poterat non numerari à superd. à Castro Sum. Mor. Pars III.

riore distincta; quia violatio vasis sacri, vel ornamenti sacri, vel templi, quatenus sacrum est, & cum alijs rebus sacris conuenit, non videntur distingui: sic Valent. 2. 2. disp. 6. q. 15. p. 1. vers. ad secundam speciem. Suarez t. 1. de Religione, tract. 3. lib. 3. c. 5. in fine.

9. Quarto loco enumerat D. Thom. bona Ecclesiastica; quia haec aliquo modo sacra sunt, & in cultum Dei ordinata, quatenus destinantur sustentationi illorum, qui Dei cultui deseruiunt, & quia deseruiunt; eaque de causa alienari nullo modo possunt absque solemnitate à iure praescripta. Qui ergo haec usurpauerit, vel alienauerit extra casus permisos, ultra iniultum peccatum, malitiam sacrilegij contrahit, vt latius cum de alienatione horum bonorum tractaui, ibique dixi sub iis bonis non comprehendi bona propria beneficiariorum, quorum ipsi habent dominium.

10. An vero retentio decimarum, & legatorum sit sacrilegium, Communiter affirmare testatur Valent. 2. 2. disp. 6. q. 15. p. 1. vers. item ex sententia; & de legatis affirmat Lessius lib. 2. c. 45. dub. 3. n. 18. vers. Septimo. Probat, quia haec sunt ab Ecclesia in cultum diuinum remore destinata, quatenus sunt destinata in sustentationem ministrorum.

Dicendum tamen est, si legata non sunt tradita Ecclesiae, tamen iniustitia sit ea retinere, non videtur sacrilegium, neque alia species peccati, quia non sunt facta bona Ecclesiae, quorum alienatio specialiter est prohibita, vt latius dixi suprad. tract. de bonorum Ecclesiasticorum alienatione & tradit. Farinac. q. 171. n. 45. De decimis aliter dicendum censo, non solum committi iniustitiam in illarum retentione, sed etiam irreligiositatem aliquo modo deteriorem sacrilegio. Quod fit iniuria constat: quia retines quod alienum est: quod vero sit irreligiositas sacrilegio deterior, sic probat, quia solutio decimarum est formalis cultus Dei, quia fit in recognitionem supremi dominij. Ergo earum retentio irreligiosa erit, vt pote huic cultui diuino opposita priuatiue, sicut est opposita omnis sacrificij, si tibi ab Ecclesia mandatum esset offerre.

11. Supradictis videtur addendum tempus sacrum, quod specialiter diuino cultui destinatur, quales sunt dies dominici, & festiui; sicut enim in templo, & in vasis factis Deus honoratur, & colitur, sic in die dominico, & festiuo colitur auditione Missae, & abstinentia ab operibus seruilibus. Ergo quae ratione templum, & vasa sacra inter sacras res enumerantur, eorum profanatio sacrilegium est, & tempus etiam enumerari debet. Ceterum existimo tempus non esse inter res sacras numerandum; quia tempus non sacras, tamen in illo sacra fiunt. Neque enim auditio sacri, aur feruilium operum abstinentia mandatur in venerationem temporis, sicuti mandatur in venerationem templi abstinentia in illo à forensi iudicio, & mercuria: sed directè mandatur auditio Missae, & abstinentia ab operibus seruilibus in cultum Dei. Tempus autem ex tali mandato nullam specialem sanctitatem acquirit, sicuti non acquirit tempus, in quo alicui mandatur elemosinam facere, vel aliud pium opus exercere. Ex quo fit omissionem Missae in die festo, & laborem seruilium non esse proprie sacrilegium, quia non est violatio alicuius rei factae, sed est peccatum cuiusdam irreligiositatis contra Deum: sic Suarez lib. 3. c. 4. à num. 3. fauet Lessius lib. 2. c. 45. dub. 3. n. 18. tit. 2. Fit secundo peccata mortalia in die festo commissa non habere speciem sacrilegij; quia non sunt iniuria religionis specialiter prohibita, vt latius Tract. de obseruat. festorum diximus.

§. III.

Quale peccatum Sacrilegium sit.

S V M M A R I V M.

1. Sacrilegium ex genere suo est mortale. Aliquando fieri potest veniale.
2. Est peccatum omissionis, & commissionis, & qualiter contingat.
3. Item contingit hoc peccatum per excessum, & per defectum.
4. Aliquando hoc peccatum cum alijs coniungitur. Aliquando per se committitur.
5. Explicare debes in confessione qua sacrilegia commiseris.

1. **C**onstans est omnium sententia peccatum sacrilegij ex genere suo esse mortale. Tum quia excellenti virtuti opponitur, qualis est religio, tum quia grauem materiam habet, vt constare potest cuiuslibet discurranti per supradictas species sacrilegij. Solum est difficultas, an & quando sit veniale? Et quidem si sacrilegium committatur ex formali contempu rei factae, nunquam veniale esse poterit, quantumcumque laesio rei factae videatur leuissima; quia contempere sacrum,

D d graue

grate quid est & hæreticorum proprium. At si non ex formali contemptu, sed materiali res sacra offendatur, peccatum veniale esse poterit. Primo ex parte materie, vt si leuiter clericum percussus, leuiter rem è loco sacro fureris, leuiter rem voto promissam violes. Vsurpare autem iurisdictionem, tum in imponendo clerico tributum, tum in illo iudicando, aut ad iudicium trahendo, nunquam esse potest leuis materia, tamen minimum tributum sit, & minimum tempus, in quo à iudice seculari decineris; quia vt bene dicit Suarez tom. 1. de Religione, lib. 3. cap. 7. num. 2. non tam attenditur ibi quantitas tributi, aut temporis, pro quo iurisdictionis usurpatur quam usurpatio ipsa iurisdictionis, quæ per se res grauis est. Secundò fieri potest sacrilegium veniale ex defectu considerationis, & aduertentiæ: quod in omnibus peccatis commune est: sic Suar. *suprà*. Valentia 2. 2. *diffinit.* 6. *quæst.* 15. *punct.* 2. Lessius lib. 2. *de iustit.* cap. 45. *dub.* 4. n. 29. Bonacin. *disp.* 3. de primo decalog. *præcept.* *quæst.* 6. p. *unic.* num. 19.

2. Hoc peccatum esse potest omissionis, & commissionis, tamen frequenter commissionis sit. Valent. 2. 2. *diff.* 6. *quæst.* 15. p. 2. Suarez tom. 1. de Religione, *tract.* 3. lib. 3. cap. 7. num. 4. Percussio enim clerici, extractio delinquentis ex loco sacro vasorum sacrorum profanatio, templi destructio, & similia, peccata sunt commissionis, vt de se constat. At si reuerentiam debitam ex præcepto alicui rei sacra, vt imagini, aut Eucharistia omittas, peccatum omissionis facis, qualiter faciunt qui Eucharistia non se inclinant, cum adoranda proponitur, & sacerdotes, qui in sacratio repositam sine clausibus habent, iuxta text. in cap. *sancti de celebratione Missarum*. An autem sit propriè sacrilegium, vel aliud peccatum distinctum non recipere sacramenta tempore debito non satis constat. Videatur enim sacrilegium non esse, sicut non est sacrilegium omisso Missæ die festo, sed quoddam peccatum irreligiositatis circa Deum à sacrilegio distinctum. Adde sacrilegium debere committi circa rem sacram: at ubi datur omisso sacramenti, nulla est res sacra. Ergo nullum est sacrilegium, quod in læsione rei sacrae consistit. Nihilominus probabilius mihi videtur, sacrilegium esse; quia negari non potest ibi omitti aliquam reuerentiam debitam rebus sacris, scilicet sacramentis. Ergo talis omisso sacrilegium est: violas enim per omissionem rem sacram, quam sacramentorum receptione veneraris. Secus dicendum est in Exemplo de omissione Missæ præceptæ: hæc enim sacrilegium propriè non est, sed irreligiositas alterius rationis; quia in Missa non rem sacram sed Deum ipsum directè veneraris; ipsa enim est Dei veneratio, & supremus cultus.

4. Rursus hoc peccatum esse potest & per excessum, & per defectum; per excessum, si rem, quæ sacra non est, cultu sacro veneris, vt si vestibus non sacris pro sacris utaris, illisque venerationem sacratis vestibus debitam tribuas: si reliquias, vel imaginem alicuius hominis non approbati à Sede Apostolica pro sancto, publicè vt talem veneris, vel priuatim sine sufficiente fundamento: committis enim excessum in tali cultu: peccas ergo sacrilegij peccato per excessum; per defectum clara sunt exempla: nam percussio clerici, profanatio vasorum sacrorum, indigna sacramentorum susceptio, & similia sunt peccata per defectum, quia deficiis à cultu, quem talibus rebus sacris exhibere debebas.

4. Deinde hoc vitium sacrilegij aliquando cum aliis peccatis est coniunctum, aliquando per se solum committitur, quod in ordine ad confessionem est notandum. Nam sæpè cum iniustitia, vt in percussione clerici, sæpè cum intemperantia, vt in alio modo castitatis sit. Sæpè tamen solum sacrilegium patitur, vt si verberes clericum ipso consentiente, vel per laicum absque necessitate: si copulam maritalem habeas in Ecclesia absque necessitate: si vala sacra profanes, sacramenta indignè suscipias, in iis omnibus casibus sola malitia sacrilegij reperitur.

5. Denique in confessione non solum explicandum est, quoties commiseris sacrilegium, sed quæ sacrilegia fuerint; quia non solum in genere, sed in specie tenentis peccata commissa declarare: constat autem plura sacrilegia specie differre: quæ enim primo loco constitutum differunt à secundo, & tertio, iuxta distinctionem supra factam, quæ est generis in species non infimas, quare quodlibet ex illis generibus suas species habet. Aliud enim est sacrilegium commissum vulnerando clericum, aliud illud ad tribunal seculari ducendo, aliud tributum ei imponendo. Item aliud est sacrilegium, quo sacramenta violantur, & quo vestes, vasa sacra, & quod locus sacri per extractionem delinquentis, vel mercaturam, quo bona Ecclesiæ indebitè, vel usurpatur: tenentis ergo hæc omnia declarare: & notari; Bonac. *diff.* 3. de primo decalog. *præcept.* 9. 6. p. *unic.* in *fine*.

Quæ pœnæ sacrilegis sint impostæ, vel imponendæ.

S V M M A R I V M.

1. Explicatur quibus in casibus excommunicatio sit ipso iure imposta ob sacrilegium.
2. Sacrilegium est mixti fori, & pœna imponenda arbitraria est respectu a qualitate delicti.

1. Si loquamur de pœnis ipso facto impostis, nullæ habentur in iure extra casus statim referendos. Prima est sacrilegium commissum per spoliationem rerum sacratarum cum effractione templi: iuxta c. *conquesti* 22. de Sentent. excommunicat. ob quod sacrilegium excommunicatio incurritur, de cuius intelligentia satis dixi, cum de immunit. Ecclesiarum sermonem feci. Solum aduertor, res sacras comburas tamen tecum non alioquin excommunicacionem contrahere possis templi effractione; quia respectu damnificationis Ecclesiæ, & illius spoliacioni per accidens est, quod tecum res sacra ferat, vel quod illas comburas. Item si templum ipsum delitueris, & bona illius dissipaueris, clarum est in scripturis excommunicacione te comprehendi; quia verè spoliatus, & effragis: & in iis contentis Suarez 1. 5. de censur. *diff.* 22. *sect.* 2. num. 12. Lessius lib. 2. c. 45. *dub.* 4. n. 22. Secunda est, sacrilegium commissum ob violentas manus in clericum, ratione cuius contrahitur excommunicatio referatæ: cap. *si quis suadente* 17. q. 4. de cuius intelligentia satis dixi in tractat. de excommunicat. *puncto de excommunicat. referatæ in decretis*. Tertia est de violentiis immunitatem Ecclesiasticam præcipue impositione tribunalium, & illorum extractione, qui ipso iure excommunicantur in bulla cœnæ Domini, vt latius iis: & tractat de immunit. Ecclesiæ. *diff.* Extra hos casus nulla est censura, nec pœna sacrilegis ipso iure annexa, & traditor Suarez, Lessius, Valentia, Azor, Bonacina, reliquique Doctores allegati.

2. Si autem de pœnis imponendis à iudice loquamur, latè eas expendunt Salzed. *pract.* e. 87. Decian. lib. 6. *pract. crispin.* cap. 33. Menochius de arbit. lib. 2. *casu* 384. Farinac. de *iuris.* 9. 172. n. 1. & 179. Hæc ergo Doctores primo statuunt hoc crimen sacrilegij esse mixti fori, & tam iudicem Ecclesiasticum, quam secularem de laico illud committente cognoscere posse ad præuentionem: sic Salzedo *ditto* c. 87. *ver. simit laicos* Petr. Gregor. *Syntag. iuris* lib. 33. cap. 15. num. 3. Farinac. num. 30. & 98. num. 132. & 156. Pœna autem imponenda arbitraria est pro qualitate delicti quod arbitrium extendi potest vsque ad pœnam mortis, si sacrilegium graue sit, quale esset furtum alicuius custodiæ, in quo sanctissimum sacramentum esset repositum, tamen ipsa minimi valoris fuerit: quia tunc non attenditur tam qualitas furri, quam sacrilegij: sic Lat. in *pract. S. sacrilegium*, n. 4. Petr. Gregor. *suprà* n. 3. Decian. cap. 33. n. 14. & 21. Menoch. *total. casu* 389. Farinac. 9. 172. n. 12. Anton. Gom. 1. 3. *variar. cap.* 5. n. 11. & probat manifestè lex. *Sacrilegij pœnam*, ff. *Ad leg. tul. peculatus* 1. ibi: sacrilegij pœnam debet proconful pro qualitate personæ, proque rei conditione, & temporis, & ætatis, & sexus, vel seueris, vel clementius statuere. Ecce qua ratione augenda, vel minuenda pœna est arbitrio iudicis. Quod autem neque ad mortem extendi possit constat ex verbis, quæ immediatè subiungit. Et scio (inquit) multos etiam ad bestias damna esse sacrilegos nonnullos etiam viuos exussisse, alios vero in furca suspendisse.

DISPUTATIO III.

De Simonia crimine Religioni opposito.

Lacuit de hoc crimine etiam, sacrilegium sit specialem dispensationem instituere: quia de illo specialiter iure tractant, vt constat titulo de Simonia in decretal. & in decret. *causa* 1. per *quæstiones sequentes*. Et in leg. nostri regni, titulo 17. *part.* 1. Item Theologi cum D. Thom. 2. 2. q. 100. & cum Magist. 4. *distinct.* 25. Summi illæ verbo simonia: & alij in dicto referendi.

Simonia vitium est religioni oppositum, in quo indignè res spirituales pertrahantur, ex quibus alix sunt per se spirituales vt sacramenta, dona supernaturalia, &c. Alix spirituales annexæ, vt beneficia Ecclesiastica. De his omnibus, qua ratione simonia committatur hæc præsentis Disputacione declarare intendimus.

Quid Simonia sit? Et qua ratione Religioni opponatur, & an semper sit peccatum mortale?

S V M M A R I V M.

1. A quo nomen Simonia dicatur.
2. Simonia definitio expenditur.
3. Religioni aduersatur.
4. Quare dicitur sacrilegium distinguatur.
5. Aliquis placet simoniam esse contra iustitiam.
6. In qua simonia iniustitia committatur, resoluitur.
7. Simonia ita est execranda ut in caluitas materia ceteranda non sit.

1. Simonia nomen obriuit à Simone, qui vt refertur. *Act. 8.* voluit pecunia emere potestatem illam admirabilem dandi Spiritum sanctum, pro vt videbat in Apostolis relucere: & quia hic fuit primus qui in lege gratia hoc peccatum contaminatus fuit, ea de causa qui in illud delinquit, Simoniaci appellantur: Quod si aliquis obicit in lege veteri aliquos fuisse hoc vitio contaminatos, vt Balaam, qui pretio fuit conductus, vt malediceret populum Israël. *Numer. 22.* & Giezi famulum Elizei, qui vt dicitur *1. Reg. 5.* vendidit Naaman sanitatem diuinitus datam, facile responderet non vocari contaminatos hoc scelere Giezi, nec alio nomine, quia nec Giezi neque alius ita grauitur, ac Simon Magus peccarunt: siquidem ipsi solum gratias gratis dadas venderunt, quales sunt sanitas diuinitus data, quam vendidit Giezi, & decesso miraculosa hostium per maledictionem, quod vendidit Balaam. At vero Simon Magus voluit emere potestatem quoddam donum, scilicet potestatem conferendi Spiritum sanctum, hoc est gratiam sanctificantem, per quam Spiritus sanctus in nobis inhabitat: quod donum voluit emere, vt iterum venderet, vt dicitur in *c. Saluator. 1. q. 3.* & docet Augustinus *traff. 10. in Ioan. & D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 4.* ideoque merito simoniaci vocatur. Alias rationes adducunt Arago. *2. 2. q. 100. art. 1. in princ. Valent. 2. 3. disp. 6. q. 16. p. 1. circa finem. Suar. lib. 4. de Simonia c. 1. à n. 3.*

2. Essentia simonia, & cuiusvis rei per eius definitionem cognoscitur. Definitur ergo Simonia, vt sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum: sic tradit glossa *can. qui sudent. 1. q. 1. in principio causae.* esse reputet quasi superfluum illam particulam spirituali annexum. illam tamen omnes doctores admittunt. Dicitur studiosa voluntas, id est deliberata, vt explicat Lessius *lib. 2. de iustit. c. 32. dub. n. 3.* dicitur emendi, vel vendendi, quia quodlibet ex illis modis committitur Simonia: emere namque voluit Simon, vendere Giezi: His autē verbis emptionis, & venditionis comprehenditur à doctores vt constat ex *D. Tho. q. 100. art. 1. ad 5.* omnis contractus non gratuitus, siue sit permutatio, siue locatio, siue conductio. Quapropter quotiescunque datur spirituale vt temporale donetur, aut contra; dicitur latē emptio, vel venditio rei spiritualis: factique *lex sunt. S. venditionis ff. quibus modis pignus. c. 1.* Requiritur tam n. quod aliquid pretium temporale interueniat: aliis neque erit emptio, nec venditio, at consequenter nec propria Simonia: cum ibi donum Dei non intendatur pecunia possideri, vt dictum fuit Simoni Mago. Puniri tamen potest (vt dicemus) pennis simoniae impositis ob eius similitudinem. Tertia particula est aliquid spirituale, vel spirituali annexum. Vocatur spirituale, non quod incorporeum est, sed quod est aliquo modo supernaturale, & donum Spiritus sancti, vt sunt sacramenta, consecrationes, &c. spirituali annexum vocatur, quod cum spirituali connexionem habet, quodque tripliciter contingit, vt notat Lessius, & Suar. *supra antecessenter, comitanter, & consequenter. Antecessenter, vt in spationatus electio presentatio, collatio, quae pertinent, & ordinantur per se ad beneficia Ecclesiastica. Item secundum quosdam, velles, vasa sacra, altaria, templa, &c. quia ordinantur ad sacrificium Missae. Comitanter, vt labor susceptus in administratione Sacramentorum, & aliorum quorumvis officiorum Ecclesiasticorum. Consequenter, vt beneficia Ecclesiastica quatenus sunt iura, & potestates recipiendi redditus Ecclesiasticos propter officium siue ministerium spirituale.*

3. Ex dictis inferitur, simoniam religioni aduersari: si quidem irreligiose tractat res diuinas, & supernaturales, quatenus illas venales facit, & pretio temporali commutat, cum sint supra omne pretium: ita sentiunt Hostiensis, & Abbas in *c. Nemo de Simonia & omnes doctores.* Et licet in iure canonico hoc vitium sepe sit appellatum heresis simoniaca, *c. Presbyter. 1. quae. 1. eum seq. c. quortus de Simonia.* non tamen est propria haereticis, vt notant doctores cum Glossa in *c. firmissime de Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars. III.*

Haereticis: & aduertit Suar. *lib. 4. de Simonia c. 1. n. 6.* & Valen. *disp. 6. q. 16. p. 4. vers. secundo dico pag. 1668.* Quia ita optime velle aliquem vendere, aut emere rem spiritualem ex prauo affectu voluntatis, quo interne iudicat rem spiritualem esse pretio aestimabilem: est tamen improprie haereticis, sed vt ait D. Thom. *q. 100. art. 1. ad 1.* est haereticis quoad externam professionem; quia qui donum Spiritus sancti vendit, externa venditione profiteatur se esse doni Spiritus sancti dominum, aut rem illam esse venalem, pretioque aestimabilem.

4. Sed est difficultas posito Simoniam esse contra religionem, qua ratione à sacrilegio distinguatur siquidem sacrilegium est indebita rei diuinae tractatio?

Respondeo cum Valen. *supra quae. 16. p. 4. circa finem,* dupliciter à sacrilegio differre. Primò; quia sacrilegium est violatio rei factae secundum vsum, ad quem fuit destinata, vt conculcates, & profanates res diuinas, cum sint venerationi, & orationi destinatae. Simonia verò est violatio rei factae non tam quoad eius vsum quam quoad eius dignitatem: siquidem eius dignitas minoris sit, quam pat est venditione & emptione. Secundo differunt, vt etiam docet Caietan. *q. 99. de sacrileg. dub. 1.* quatenus simonia infert iniuriam rei factae per modum voluntariae commutationis iniustae, id est cum relatione ad alteram ementem, vel vendentem, qui similiter infert iniuriam rei factae. Sacrilegium verò non est per se cum relatione ad alterum, qui similiter violet eandem rem factam.

5. Item aliquibus placet Simoniam etiam esse contra iustitiam, concedit Sotus *lib. 9. de iustit. q. 5. art. 2.* Valent. *2. 3. disp. 6. q. 16. p. 4. vers. tertio pag. 1668.* Ratio est; quia dispensator, cui à domino mandatum esset bona aliqua gratis erogare, iniustitiam committeret illa vendendo. Cum igitur homines rerum spiritualium Domini non sint, sed tantum dispensatores, vt dicit Paul. *1. Corinth. 4.* sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei: & ex alia parte illis mandatum sit haec omnia gratis conferre, vt constat ex *Matt. 10. cap. gratis accepistis, gratis date,* efficitur sane pro illorum datione iniuste pretium expostulari, & recipi. Video tamen Nauarr. *lib. 2. de restit. cap. 2. n. 385.* & Suar. *lib. 4. cap. 4.* affirmare venditorem Simoniacum non peccare contra iustitiam: quia neque respectu Dei, cum ibi nulla re eum priuet, neque etiam respectu ementis spirituale donum: cum longè plus illi detur, & maioris valoris, quam pretium à se exhibuit. Adde sepe vendentem spirituale priuare se aliqua utilitate spirituali, vel temporalis, vt si vendat beneficium, si vendat grana benedicta, Missam, sacrificium, &c. quod pro te poterat applicare: non igitur committit iniustitiam pretium aliquod expostulans pro huiusmodi rebus.

6. Ego vero censeo non in qualibet venditione rei spiritualis reperiri iniustitiam, sed in illa solum ex cuius datione nullum incommodum patitur, nullumve emolumentum amittit venditor. Probo argumento vltimo facto pro sententia Suar. qui enim habens beneficium, & illi vii potens venderet, sine dubio se priuaret utilitate temporalis. Ergo pro illo damno pretium absque iniustitia exigere potest. Neque obstat neminem esse dominum beneficiorum, sed ministrum, & dispensatorem Christi mandantis gratis haec dona exhibere: quia non est minister, & dispensator, cui necessario onus incumbat dispensandi illa bona: habet enim potestatem illis vtendi. Quando ergo dispensator adstrictus non est bona domini impetiri, sed saltem vsum illorum habere potest: potest etiam pro priuatione illius vsum quam suscipit, & concessione, quam alteri tribuit aliquid absque iniustitia exigere. Vnde quando nullum damnum patitur ex bonorum spiritualium concessione, pretium exigere iniustitia est: siquidem tenetur exhibere: cui modo dicendi ex parte consentit Lessius *lib. 1. c. 15. dub. 28. à n. 158.*

7. Rursum Simonia vitium est ita execrabile, & omnino detestandum, vt dicitur in *cap. reperitur, c. eos qui 1. q. 1. vt nullo modo leuitas materiae in eo admittenda sit: ita communiter doctores, Nauarr. in extrauag. de datis pro iustitia, vel gratia, notab. 10. n. 20. vel. per qua omnia, & lib. 5. consil. in noua edit. tit. de Simonia cons. 52. n. 3. Hugolin. in tractat. de Simonia, tab. 1. cap. 17. in princ. n. 3. Suar. tom. de Relig. lib. 4. c. 3. num. 5. Sanch. lib. 5. decal. c. 4. n. 1.* Ratio est quia neque ex parte rei spiritualis, neque ex parte pretij potest dari leuitas materiae. Non ex parte rei spiritualis; quia quantumque res spiritualis in suo genere parua sit, vt cereus, agnus aqua benedicta, prima tonsura grauis est iniuria eam venalem facere, pretioque temporali aestimare, & quasi commutare: indicatur enim hac ratione esse eiusdem valoris, & dignitatis.

Neque obstat in aliquibus peccatis contra religionem dari leuitatem materiae, vt in fractione voti, & iuramenti; quia non per se, & directe aliqua res diuina violatur: sicut in venditione rerum spiritualium, in conculcatione rei factae quantumcumque minime, in blasphemia, in infidelitate, in peruridationem leuia peccata esse non possunt. Quod verò quantitas pretij, quo res spiritualis venditur, aut emitur, non possit simoniam facere lectu, constat; nam quo minor est quantitas pretij

pretij data pro re spirituali, eo magis, videtur vilipendi, & contemni ipsa res spiritualis, vtpote quæ paruo pretio æstimatur. Et hac ratione in cap. ex tua, de Simonia, condemnatur clericus, qui sex tantum solidos pro sua præsentatione ad ordines dedit, in perpetua ordinis depositione, & monasterij reclusionē: quæ pœna cum sit ita gravis non imponeretur, nisi ob peccatum mortale, & tamen quantitas data parua erat, vt expostores ibi notant, facit etiam can. placuit, & can. indices. 1. quest. 1. Neque in contrarium est cap. est quæstiones de Simonia: vbi ratione modici pretij dati excusatur quis à Simonia, quia non excusatur ratione modici pretij, si est ex pacto: sed quia præsumitur datum fuisse liberaliter; tum quia modicum: tum & præcipue quia fuit datum in necessitate, & inter fratres.

PUNCTVM II.

Quotuplex sit Simonia.

SUMMARIVM.

- 1 Simonia alia est iuris diuini & naturalis alia positui, & explicatur Simonia iuris diuini, & naturalis.
- 2 Explicatur Simonia iuris positui.
- 3 Deinde Simonia alia est mentalis, alia conuentionalis, alia realis, & expenduntur.

1. **P**rimo diuiditur simonia in eam, quæ est iuris diuini, & naturalis, & in eam, quæ est iuris positui: quam diuisionem ferè omnes admittunt cum Glossa, in cap. pridem, de Pactis, vers. illiciti & partitionis & cap. ex part. 1. de officio iudicis deleg. vers. dimittere cap. saluator. 1. q. 3. vers. & iudicem, & constat ex aliis, quæ latè tradit Suar. lib. 4. cap. 2. & 7. Lessius lib. 2. cap. 3. dub. 2. & seq. Vocatur autem simonia iuris diuini, & naturalis, quando aliqua res de se spiritualis venditur, aut emitur, vt si venderes sacramenta, aut calicem consecratum pluri ob consecrationem; aut imagines, & alia benedicta pluri ob benedictionem: & in hac Simonia non potest Pontifex dispensare.

2. Simonia autem iuris positui est, quæ à sola lege Ecclesiastica ortum habet: soler enim lex Ecclesiastica commutationem rerum spiritualium, hoc est beneficiorum prohibere: cap. quæsitum, cap. cum olim de rerum permutat. cap. cum pridem, cap. clerici de Pactis, & cap. constitutus cum aliis de transactionibus ne permutantes labent simonia in curiant. Item in cap. si quis Episcopus 1. q. 1. & cap. saluator. 1. q. 3. affirmatur esse Simoniam vendere officium æconomus, vicedomini, aduocati, factiæ, castaldi; quæ tamen venditio, vt bene dicit Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 4. num. 26. non est contra ius diuinum; quia sunt officia temporalia ordinata solum ad temporarium administrationem; neque est in illis vlla sanctitas per consecrationem, aut benedictionem. Nam æconomus est, qui res Ecclesiæ, & canonicorum gubernat; vicedominus est æconomus rerum Episcopali, aduocatus, qui causis Ecclesiæ tractandis præest; castaldus est, qui alias dicitur maior domus, vt explicat glossa. Difficultas vero est; an hæc Simonia iuris positui sit propria simonia? Affirmat Suar. & Lessius locis citatis. Negat Durand. in 4. dist. 25. q. 1. Sotus lib. 9. de iustit. q. 5. artic. 2. ante responsionem ad argumenta, Victor. in relect. de Simonia, num. 15. & seq. Man. Rodrig. tom. 2. summ. cap. 56. num. 2. & 3. Ego vero existimo cum Valent. tom. 3. disput. 6. q. 16. part. 5. à vers. secundo pag. 1667. & seq. fontē esse controuersiam de solo nomine; in primis enim negari non potest Ecclesiam suis præceptis constituere posse materiam in reclusionē illius virtutis, qua cum habet aliquam connexionem, & similitudinem: hæc enim ratione percussione clericis constituit in materia sacrilegij ob reuerentiam ordinis, quo clericus est insignitus, & eodem modo pollutionem effusionemque sanguinis in Ecclesia ob loci reuerentiam prohibita, & cit vt essent sacrilegia: ita similiter prohibens permutacionem beneficiorum, venditionem officij administrationis rerum Ecclesiasticarum ob maiorem reuerentiam rerum spiritualium & vt omnis simoniae species vitetur constituit sanè hæc omnia in materia religionis, atque adeo efficit transgressionem illorum esse contra religionem. Quod vero talis transgressio constituitur in propria specie Simoniae, eiusdemque sit rationis cum Simonia iuris diuini. Hoc ego dico esse quæstionem de nomine. Certum enim est cum illa conuenientiam aliquam habere, tum in materia videlicet in commutatione non gratuita; tum etiam in eo; quod aduersatur eidem virtuti, scilicet religioni; tum etiam in pœnis.

3. Secundo diuiditur Simonia in mentalem, conuentionalem, & realem; quæ diuisio communiter recepta, est à Iurisperitis, & Theologis. Mentalis est quando nullo pacto præcedente, sed affectu animi spirituale donatur, vt temporale acquiratur, vel è contra v. g. si conferens alicui beneficium,

iurendas obligare illum ad reddendum temporale, vel è contra si conferas temporale, & intendas propter ipsum obligare alium ad reddendum spirituale. Vocatur autem hæc Simonia mentalis: non quia in actum exteriorē dandi, & recipiendi non exeat: sed quia iniquus animus non declaratur: vt bene aduertit Valent. 2. 2. disputat. 6. q. 16. part. 5. in princij. & de hac Simonia loquitur cap. Tua nos, §. licet & cap. ult. de Simonia: vbi cum datur beneficium, vel insignitur ea intentione, & affectu docetur simoniam esse, & apud iudicem diuinam, qui est scrutator cordium debere puniri.

Conuentionalis Simonia est, quæ mentali superaddit exteriorem conuentionem: seu pactum; ex neutra tamen parte completum, vel saltem non completum ex vtraque parte. Nauar. cap. 23. numer. 103. Valent. disputat. 6. quest. 16. part. 5. vers. & notandum pag. 1669. Ratio est; quia realis, & completa, perfecta que venditio non dicitur, quousque contractus ex vtraque parte compleatur. Aduerte tamen, si solum pollicitationem feceris de pretio, si tibi daretur beneficium; neque alius pollicitationem acceptauerit, conuentionalem simoniam non committis: quia non est conuentio, quousque promissio acceptata sit; sic Fatinac. lib. 1. decis. 34. num. 4. §. 6. vbi alios refert. Realis Simonia dicitur, quando ex vtraque parte completur contractus, ita vt ex vna parte doneur spirituale, & ex alia pretium, vel pars pretij. Vnde Simonia realis supponit conuentionalem, & conuentionalis supponit mentalem saltem ex natura rei; & seculua lege positua.

PUNCTVM III.

Quæ habeant rationem pretij ad constituendam Simoniam.

SUMMARIVM.

- 1 Explicatur in genere, quæ res habeat rationem pretij.
- 2 Remissio debiti, aut permissio remittendi rationem pretij habet.
- 3 Item mutatio pecunie.
- 4 Deinde pensio soluenda.
- 5 Rursus beneficij resignatio, collatio, aut permutatio. Sed hoc intelligendum est de beneficio non ipso iure vacante.
- 6 Quid dicendum, si in beneficij collatione peteretur incrementum de non resignando tale beneficium cum pensione?
- 7 Quid si peteretur, vt prius resignaret habitum.
- 8 Obsequium beneficiarij verè potest rationem pretij habere.
- 9 Preces, intercessiones, fauores, & laudes sub pretio comprehendendi possunt.

1. **V**t clarius essentia simoniae intelligatur, examinandum est pretium ad ipsam requisitum: consistit enim Simonia in emptione, & venditione, quæ absque aliqua re habeant rationem pretij effici non possunt.

Quæ vero res habeat rationem pretij? Respondet optime Gregor. & doctores omnes in cap. sunt nonnulli, & capit. ordinationes, capit. de ordinationibus 1. quest. 1. cap. saluator. 1. quest. 3. distinguuntque triplex donum, scilicet: munus à manu, munus ab obsequio, munus à lingua. Munus à manu est pecunia, sub qua comprehenditur quidquid possidet in terra vt dixit August. in cap. totum 6. 1. quest. 1. Munus ab obsequio est obsequium præstitum Ecclesiæ, collatori, electori, patrono, vel amicis eorum. Munus à lingua intelliguntur fauores intercessiones, laudes, preces, &c. Omnia autem hæc possunt esse pretium in spiritualibus, & sufficere ad simoniam constituendam, vt constat ex cap. est quæstiones, cap. tua nos, cap. in tantum de Simonia.

Neque obstat §. item pretium, in sit. de empt. & vendit. vbi declaratur non esse propriè emptionem, & venditionem, quando, vna res pro alia commutatur non interueniente pecunia: quia non est maior ratio, quare vna potius, quam alia habeat rationem pretij. Non inquam obstat, quia tibi loquitur I. C. inter commutationem rerum eiusdem ordinis, Secus vero est dicendum, quando temporale datur in commutationem rei spiritualis: tunc enim temporale propter asinitatem cum pecunia habet rationem pretij, potius quam spirituale. Adde ad Simoniam sufficere contractum esse onerosum, esse propria emptio, & venditio non intercedat, vt ex dictis; & ex dicendis constat.

2. Sed vt certius doctrina elucescat, placet declarare aliqua, in quibus dubium esse poterat; an sufficiant ad pretium constituendum, ac proinde ad simoniam?

Primo igitur comprehenditur sub munere à manu remissio debiti, aut promissio remittendi debij; tenet multis allegatis

allegatis Flamin. Paris. lib. 14. de resignat. benef. q. 7. num. 31. & num. 71. & constat. ex cap. talia, 8. q. 3. & ibi Glossa. & expressè supponitur in cap. veniens 10. de testibus, & ibi Glossa Panonin. & alij. Quia ratio in cap. penult. de Simonia, tam ordinans, quam ordinatus suspenditur; eo quod petierit ordinari ab ordinando promissionem nihil ab eo pollulandi in debiram sui sustentationem; eo quod sine titulo illum ordinaverit: & de ordinato habetur expressè cap. per tuas 3. de Simonia. Ratio est; quia Episcopus ordinans vel presentans alicui ordinandum sine titulo, tenetur ad alendum illum: vt deciditur cap. cum secundum de Præbendis. Ergo si petit hanc obligationem sibi remitti, petit aliquid pretio æstimabile, ac proinde sufficiens ad simoniam.

Ex hac doctrina inferunt Nauar. in summ. cap. 27. n. 158. §. declaratio prima & Suar. lib. 4. de Simonia. c. 38. n. 5. constitutum ex bonis propriis alicui ordinando titulum seu patrimonium, si ab illo recipitur promissionem de nihil postulando, committere simoniam ultra peccatum indebitæ ordinationis, cuius est particeps: quia media remissione debiti constituit tibi titulum ad ordines, sicut patronus presentans ad beneficium, si promissionem petere non petendi redditus, absque dubio esse simoniacus. Verum contra sententiam est cum Cardin. Tolet. lib. 1. sum. cap. 48. n. 10. cuius fundamentum est non quia remissio debiti non sit munus manu sufficiens ad constituendam simoniam: sed quia datio patrimonij non est quid spirituale, nec proprie ad ordines presentatio. Vnde num. 12. in fine, dicit ita fuisse determinatum in sacra penitentia, scilicet non incurrere simoniam, qui ordinatur accepto patrimonio, & factò pacto de illo alienando, vel rescindendo, &c.

3. Secundo sub munere à manu comprehenditur mutatio pecunie. Quapropter qui beneficium, vel aliam rem spirituales tribuere sub conditione pecunie mutandæ, absque dubio simoniam committeret tam dans, quam recipiens. Et idem est, si petatur dilatio debiti ex iustitia solvendi hic, & nunc; vel è contra, si petatur debiti solutio, antequam debeatur: quia hæc mutationes æquivalent, imò nihil aliud esse videntur. Ratio omnium est: quia esto mutuum non sit specialiter pretio æstimabile: negari tamen non potest esse quoddam temporale commodum sufficiens ad mouendos animos: vt notat Bald. in leg. quisquis, Codi. si coram petatur, vbi exilio puniunt, qui mutat iudici, quia censeatur quasi emptor legum propter efficaciam quam habet ad animos corrumpendos. Idemque tradit in leg. 1. ff. Calumniatorib. Ergo petere hoc commodum temporale in commutationem rei spiritualis sufficiens omnino est ad simoniam: cum in datione rei spiritualis omnis pactio, omnisque conditio, que de iure non inest, abesse debet, vt constat ex cap. vltim. de Præb. & aliis, & ita pro certo supponit Nauar. c. 23. num. 101. in fine, & cons. 14. num. 6. de Simonia, & cons. 23. n. 2. Vgolin. tab. 1. cap. 9. §. 5. n. 2. Lell. lib. 2. cap. 20. d. 9. Suar. lib. 4. de Simonia. c. 38. n. 7. Mol. tract. 2. de iustit. disp. 310. §. quoad vltimum, pag. 372. Flamin. de resignat. benef. tom. 2. lib. 4. q. 7. à n. 2. & tract. de confidenciam, q. 36. Nicolaus Gagea 11. part. de benef. cap. 3. num. 71. & leg. Azor. 2. p. instr. moral. lib. 7. q. 2. Arag. 2. q. 78. art. 2. pag. 683. Man. Rodrig. tom. 2. sum. vers. Simonia, cap. 59. num. 3. in secundâ conclus. Neque obstat vltima non esse, si pecuniam mutans petat, vt sibi triticum mutuaris remittatur iura cap. 1. de Vsuris: & docet Suar. tom. 1. de Relig. lib. 4. de Simonia, cap. 37. num. 16. in fine, cum D. Thom. q. 79. art. 2. ad 4. & cap. 38. n. 7. Lell. lib. 2. cap. 20. d. 8. in princ. Quia in huiusmodi casu ideo non est vltura; quia non petit commodum aliquod diuersum ab eo quod ipse præstat. At in largitione rerum spiritualium, cum maxima puritas requiritur, venire non possunt commoda temporalia in permutationem; imò quo minus æstimabilia sunt, ideo videtur grauior irreuerentia spiritualibus itrogari admitendo commutationem; & permutationem vnius cum alio vt rectè Suar. supra. Aduerto tamen hæc omnia intelligenda esse, quando datur mutuum eo pacto, & conditione, vt detur beneficium: secus vero quando liberaliter datur ad beneuolentiam captandam, vel ingratitude beneficij accepti, siue hoc sit ante, siue post, siue in ipsa beneficij collatione, vt notant Flamin. & Garcia supra & infra latius dicemus.

4. Tertio sub munere à manu comprehenditur pensio soluenda: quia est quædam promissio pecunie solvendæ. Quocirca si Episcopus (& à fortiori est de quolibet alio electore) conferens alicui beneficium conueniat cum eo, vel cum alio tertio de admittenda pensione sibi, vel alteri aliis non collaturus non est dubium ibi intercedere simoniacam prauitatem, vt constat ex cap. vlt. vt Ecclesiastic. benef. sine diminut. conferantur. Nam licet Episcopus liceat ad tempus pro causa iusta, & necessaria beneficij Ecclesiasticis pensionem imponere, vt constat ex supra dicto cap. & ex cap. si propter de Rescript. in 6. ex Clement. 2. de rebus Eccles. non alienand. vbi glossa verbo deensor. nunquam tamen licet in largitione beneficij expostulare consensum de admittenda pensione, & sub graua-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars III.

mine conferre, quando beneficium ipsum grauatum non erat, vt docet bene Flamin. lib. 6. de resignat. q. 2. num. 3. & Suarez lib. 4. cap. 38. numero 10. & ratio est: quia presumitur ibi esse iniquam pactionem, cum consensus eius, cui dandus est beneficium, necessarius non ad reservationem pensionis: quia ipsemet Episcopus potest causa iusta, & necessaria intercedente reservare fructus beneficij vacantis, vel partem eorum. Video tamen nullam pensionem impositam ab Episcopo sine confirmatione Pontificis vires obtinere: quia est latis probabile per non vsum hanc facultatem amissit: teneat absolute Valent. 2. 2. disputat. 6. q. 16. p. 3. in fine, Ludouic. Lop. instr. 1. p. cap. 303. post Sotum lib. 9. quest. 7. art. 2. Tolet. summ. lib. 5. cap. 62. in fine Zecchius de benef. & pensionib. cap. 11. num. 2. in princ. Ledetm. 2. par. summ. tract. 12. concl. 20. & 21.

Huc spectant varij casus, quos tractat Nauar. in variis consil. de Simon. vt consil. 47. de illo beneficij presentore, qui cum aliquo curiali conuenit, vt sibi auxilium ferat ad beneficium obtinendum, sub conditione solvendi illi pensionem 3 & in consil. 7. de alio, qui cum alicuius presentore, vt sibi de vacantibus beneficiis statim notitiam præbeat promittens se censuram pensioni imponendæ in fauorem eius. Quia promissione pensionis paratur via ad beneficium. Vide alios casus apud Flamin. de resignat. lib. 14. q. 4. à n. 5.

5. Quarto sub munere à manu comprehenditur etiam potest beneficium propter temporales annexum: docet cum communi Syluest. verb. Permutatio 2. quest. 7. & 13. Nauar. consil. 43. de Simon. Suar. lib. 4. cap. 31. num. 14. Vnde si in collatione alicuius rei spiritualis petatur permutatio, aut resignatio alicuius beneficij, absque dubio committitur Simonia, saltem è iure Ecclesiastico, quia non solum habet verum, quando petitur permutatio, & resignatio in fauorem tertie personæ, iuxta cap. de Soc. de Simonia, cap. cum pridem, cap. vltim. de pactis, sed etiam quando absolute petitur cessio beneficij absque signatione personæ. Quod vt plene intelligatur sciendum est aliqua esse beneficia taliter incomparabilia, vt vno obtento, vacet alterum ipso iure, vt si habeas beneficium cum cura animarum, dignitatem, personatum, vel officium, & accipias secundum huius generis, obtenta pacifica possessione secundi vacat primum; ita habetur cap. de multa, Præbendis, & clarus in extrauag. execrabilis eodem. Idem est de præbendis vniformibus sub eodem rectore, vt patet cap. litteris 9. de concess. præbenda, vt duo canonicatus, quare si habeas vnum canonicatum, & obtineas alium per pacificam possessionem in eadem Ecclesia vacabit prior. Reliqua vero beneficia etiam residuam postulantiam non vacant ipso iure per obtentionem, & possessionem pacificam secundi, sed veniunt vacanda. Non enim canonicatus vacat ipso iure obtenta parochia, aut dignitate, alia extra Episcopalem neque parochia, aut dignitas, obtento canonicatu, alioque beneficio simpliciter; quia nullo iure id eorum est ita Nauar. lib. 3. consil. 29. de Præbendis, Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 27. num. 144. iis positus.

Dicendum est si alicui conferatur beneficium incomparabile omnino cum eo quod habet, & petatur vt relinquat prius, Simonia non est: ita Abbas in cap. significasti de elect. in 6. glossa cap. ad audientiam tom. de Rescript. vers. renunciantes, Vgolin. de Simon. tab. 1. cap. 11. num. 4. Nicol. Garcia tom. 2. de benef. p. 8. cap. 2. num. 22. & 28. Ratio est; quia hæc conditio de iure inest neque ab illo petitur, quod ipse præstare non teneatur. Secus vero si peteretur, vt relinquere prius ante captam secundi possessionem, vt dicemus. Et idem est si peteretur, vt relinquere liberè aliud habitum vel in fauorem alicuius, quod tamen non vocat ipso iure, quia tunc expostulatur aliquod onus, quod de iure non inest; ac proinde inducit simoniam ita Garcia aliis relatis supra. n. 17. 24. & est communis sententia. Hæc tamen omnia intelligenda sunt, quando datur beneficium sub eo onere, & conditione, vt resignet aliud: secus vero si resignatio non peteretur, vt obligatoria. Quocirca Manuel. Rodrig. c. 64. n. 4. 2. sum. cum Nauar. lib. 5. consil. tit. de Simonia consil. 23. distinguit in eo, qui patrono habenti ius presentandi ad aliquam præbendam pinguem, offerret beneficium simplex ea conditione vt ipse presentetur ad talem præbendam: an scilicet fiat ea conditione principali, & immediata propter affectationem beneficij, an vero fiat tanquam causa impulsiva, & motiua, hoc est ad mouendam voluntatem, & illum inclinandum ad talem presentationem: si hoc secundo modo fiat, affirmat simoniam non esse.

6. Hinc deciditur questio, quam tractat Nauar. consil. 1. vt Ecclesiastic. beneficia; Videlicet, an ordinarius in collatione beneficij exigere possit à collatorum iuramentum de non resignando illud cum pensione, neque in fauorem alicuius, sed liberè? Cui questionis respondet negatiuè Nauar. supra, & Flamin. Parisus de consil. quest. 52. & Vgolin. tab. 1. de Simonia cap. 8. §. 3. num. 2. & addunt Nauar. & Flamin. tale iuramentum si apponatur nullum esse seu posse collatorum non obflacere eo resignare beneficium cui voluerit, & cum pensione, &c.

D d 3 Veru

Verum Nicol. Garcia de benefico. tom. 2. p. numero 33. 34. & 39. & seq. distinguit, aut iuramentum exigitur ante collationem beneficii, aut beneficium conferitur cum onere prestandi quodmodum dictum iuramentum: Si hoc secundo modo fiat affirmat committi simoniam; quia iam datur beneficium cum onere, & pacto, quod de iure non inest: contra decisionem cap. quam pro 1. q. 2. cap. Arnoldus 8. q. 3. cap. fin. de pactis cap. tua nos de Simonia: Si veto iuramentum ante collationem exigitur, non videtur ibi committi simoniam; quia non petitur aliquid, quod in utilitatem collatoris, aut alterius directè cedat. Hac tamen ratio non est efficax; nam siue iuramentum post collationem, siue ante praestet, eodem modo cedit in utilitatem collatoris; ac proinde si in vno casu committitur Simonia, etiam in alio. Adde si alicui conferretur beneficium curatum cum onere ut resignaret liberè simplex, omnes admittunt committi simoniam, esto resignatio non cederet in utilitatem conferentis beneficium, aut alterius directè. Et ratio est; quia petitur conditio aliqua in collatione beneficii, quae de iure non inest, & quae de se est onerosa: igitur cum iuramentum de resignando beneficio liberè, & sine pensione, casu quod debeat resignari, de iure non inest beneficio accipiendò absolute videtur committi Simonia: ita ut probabilius defendendo, esto Man. Rodrig. 2. 2. sum. verbo Simonia c. 60. n. 4. & Cordub. in sum. q. 30. contra teneant.

7. Idem à fortiori existimo, in casu quo Episcopus intendens nominare, seu officium parochiale alicui oppositori habenti aliam parochialem, pereret ab eo, ut prius dimitteret parochialem, quam habet. Nam si dimittere ea conditione resignet, ut sibi Episcopus secundum parochialem concedat, aut ad illam nominet, absque dubio est Simonia, cum pro collatione, seu nominatione ad beneficium aliquid faciat, ad quod de iure non tenetur. Et idem est, si resignatio fieret salvo iure hoc est si non assequeretur secundum reuerteretur ad primam. Secus verò dicendum est si liberè, & sine vilo pacto, & conditione tacita, vel expressa fieret resignatio (quod credendum non est) ita tradit Garcia tom. 2. de benefico p. 8. cap. 2. num. 46. & seq. & aduertit constitutum in sacris, neque habentem aliunde, unde sustentari possit, nullo modo posse etiam liberè, & sine vilo pacto resignare primam, quousque obriueat secundam, & maxime si ad titulum primae ordinatus sit ex decreto Concilii de reformat. sess. 21. cap. 2. & ex constitutione 58. Pij 7. Ex dictis infero generaliter quamlibet obligationem onerosam esse sufficiens munus à manu ad inducendam simoniam. Vnde si aliquis daret rem spirituales ea conditione ut in matrimonium duceret conforinam, esset simoniacus: ita Tolet. c. 90. n. 3. Et ratio est; quia spiritualia ab omni pacto debent esse aliena cap. fin. de Pactis, & aliis.

8. Munus ab obsequio ut distinguitur à munere à manu nihil aliud est quam obsequium praestitum per propriam personam: quod autem hoc obsequium sufficiat ad pretium requisitum in Simonia admittunt doctores omnes: Et ratio est manifesta; quia pecunia compensari solet. Ex quo fit, si elector, aut collator alicuius beneficii intendat ipso beneficio solvere debita iustitia contracta ratione obsequij esse Simoniam. Exemplis declaro. Episcopus habens Vicarium, aut visitatorem, cui tenetur singulis annis salarium tribuere, nec tamen tribuit, si postea conferens illi beneficium, intendat ab omni illo debito liberari, erit simoniacus. Idem est si det beneficium ea conditione, ut beneficiarius grammaticam, geometriam, aut aliam doceat scientiam ipsam Episcopum, vel quodvis aliud obsequium praestet beneficio minime annexum, ut dicere aliquas missas, recitare aliquas orationes, promotore negotia, &c. Quia omnia probantur, ex cap. cum essent de Simonia: ubi promissio cuidam facta de beneficio ibi praestando, si negotium quoddam promittentis in Romana curia promoueret, simoniaca censetur: & ita latissime tradit Suarez lib. 4. cap. 39. à num. 5. & numero 12. & Man. Rodrig. verbo Simonia cap. 39. num. 9.

Neque obstat c. significatum de Præbendis, ubi Episcopus cum capitulo apposerunt præbendam vacanti onus, ut qui ad illam eligeretur, missam de sancta Maria quotidie diceret: nam ibi nullum fuit pactum cum electo celebratum, sed ipsomet Episcopus, & capitulum, quibus potestas erat onus illud apponendi, apposerunt illud, & onere iam posito manifestarunt eligendo in quo nulla esse potest Simonia.

8. Tandem de munere à lingua dicendum est. Dixi preces, intercessionem, fauores, & laudes sub munere à lingua comprehendere: quia hæc pretio æstimantur si in commutationem rerum spiritualium expostulantur: & in hoc sensu possunt esse pretia Simoniae. Explico. Praesentis in beneficium famulum alicuius principis ea conditione, ut te apud principem laudet, ut sic posses ad pinguiorem Ecclesiam deuenire, committis Simoniam: ita expressè Soto cum Dno Thom. lib. 9. quæst. 7. artic. 3. §. quod si. Idem est, si nolles conferre beneficium alicui, nisi ipse, vel faciat: ut persona aliqua nobilis, quam desideras obligatam habere, à te petat: est enim talis gratia, & fauor à te expostularis pretio æstimabilis, & in super

eligendo imponitur onus, quod de iure non inest. See Suarez, lib. 4. de Simonia cap. 40. num. 13. & hæc doctrina habetur expressè in cap. sum. nonnulli 1. q. 1. ubi de illis, qui sacros ordines pro humana gloria largiuntur, dicitur, hi in iuramento quod gratis acceptum est gratia non tribuunt; quia de impio officio sanctitatis munus expectant fauoris.

Quod si preces, & commutationes non offerantur in commutationem spiritualium, sed ad inflectendum animum ipsius conferentis, qualiter sæpe solent preces offerri, nequaquam tunc habent rationem pretij, & manifestè constat ex cap. tua nos de Simonia, ubi de eo, qui rogauerit humiliter, ut in canonicam admittetur, subditur fieri posse absque serupulo simoniaca prauitatis. Ita explicat hanc Doctrinam D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5. ad 3. Victor. relect. de Simonia à numero 36. Soto de iustit. lib. 9. q. 7. artic. 3. Nauar. cap. 23. numero 102. Flamin. cum aliis lib. 14. de resignat. q. 7. numero 12. Suar. lib. 4. cap. 40. n. 2. & seq. Gregor. Lop. leg. 4. tit. 17. part. 1. ver. de Simonia, Tolet. lib. 5. c. 84. n. 5. Man. Rodrig. tom. 2. verbo Simonia, c. 56. n. 7. & Valen. disp. 6. q. 16. p. 2. ver. quarto sequitur pag. 1648. Ait namque, dare beneficium propter preces, aut confanguinitatem quando exaudiunt precum, & intuitus confanguinitatis non resoluitur, in aliquo commodum temporale tanquam in pretium non est Simonia.

Ex iis explicatur Textus in cap. Nemo 14. de Simonia, ubi prohibetur penitentiam ad reconciliationem adducere vel ab illa remouere gratia, vel fauore & subditur, quia simoniacum est utrumque intelligi enim debet de gratia, vel fauore expulato in commutationem, & recompenationem doni spiritualis. Quod vero in illo cap. indicatur familiaritatem, aut confanguinitatem esse sufficiens pretium ad simoniam inducendam, si propter illa detur beneficium, explicari debet de familiaritate, & confanguinitate expostulata in recompenationem. Quod non potest habere verum, nisi in casu quo confrens beneficium confanguineo, intendet confanguineum obligare ad confanguinitatem, vel familiaritatem, quæ inter ipsos est manifestanda. Verum si detur beneficium confanguineo: quia conguineus est, & familiaris: nullo modo esse potest pretium simoniae; quia ibi conferens beneficium nihil expostulat; erit tamen virtum acceptationis personarum si confanguineus dignitatis dignioribus prateretur: & ita tradit D. Thom. supra art. 5. ad 3. Conar. lib. 4. cap. 37. numero 6. Valen. Man. Tolet. & alijs supra citati.

P V N C T V M I V.

De contractu emptionis & venditionis requisita ad Simoniam.

S V M M A R I V M.

1. Proponitur dubitandi ratio contractum necessarium esse.
2. Ad simoniam iure naturali prohibitam necessarium est contractus onerosus.
3. Si spiritualiter principaliter detur ob munera, est obsequium temporalia, an sit Simonia? Resoluitur, si pactum interueniat, secus illo secus.
4. Donatio temporalis cum obligatione, & pacto dandi spirituale non constituit contractum simoniacum ex natura rei.
5. Debet precedere contractus Simoniae naturalis, & diuina ex voluntate commensurandi temporale cum spirituali.

1. Explicamus quæ possunt in emptione, & venditione rerum spiritualium fortiri rationem pretij. Restat explicandum quid requisitum sit, & sufficiens ad constituendam emptionem, & venditionem.

Ratio dubitandi est; quia dari potest pecunia propter spirituale consequendum absque labe simoniae, ut contingit in eo qui donis, muneribus procurat animum conferentis spiritualiter ad se inclinare: & in familiaris qui Episcopo seruitur propter beneficium, quod consequi sperat: aliis non seruitur propter beneficium, sed cum obligatione dicendi sacrificia, ministrandi sacramenta; & tamen sacramenti administratio, & Missæ celebratio non obinde simoniaca censentur. In quo ergo sita est natura huius contractus emptionis, & venditionis?

2. Respondeo, & dico primo emptionem, & venditionem requisitam ad simoniam ex natura rei necessario debere esse contractum onerosum: quare si gratis, & absque aliqua obligationis legalis impositione detur pecunia, & quodlibet aliud donum, Simonia non est: & hac ratione excusant doctores famulum infirmum Episcopo serere absque aliquo stipendio: quia medio illo obsequio gratis, & absque pacto exhibitio intendit conciliare animum sui domini, ut de beneficio

Sine aliqua donatio gratuita, vel onerosa temporalis pro spirituali iure Ecclesiastico prohibita sub specie simoniae.

SUMMARIUM.

- 1. Possit fieri ab Ecclesia hanc prohibitionem certum est.
2. Donatio liberalis ab eo qui ordinatur pro ordinatione, usu pallij, &c. non videtur sub specie simoniae prohibita.
3. Quid stante Tridentino possint examinatores Synodales occasione examinis recipere?
4. An in sacramento recipiendo sit prohibita gratuita donatio? Resolvitur non esse.
5. Quid de Praelatis, eius visitatoribus, & familiaribus?
6. Nulla donatio gratuita, neque onerosa, quae venditio, aut emptio non sit extra materiam beneficiorum titulo Religionis est prohibita.

1. Possit Ecclesiam donationem temporalem non solum onerosam, sed etiam gratuitam, si fiat pro spirituali consequendo, prohibere ob reuerentiam rerum sacrarum, & ne videantur commutari, & donis temporalibus obtineri, nemini est dubium. Posita autem hac prohibitione donatio illa erit contra Religionem, atque adeo simoniaca, ut late probat Suar. tom. 1. de Relig. lib. 4. c. 49. à n. 1. Videndum tamen est, an Ecclesia hanc prohibitionem fecerit, & illius transgressionem simoniae poenis subiecerit.

2. Primò adducitur ad probandam hanc prohibitionem esse cap. 1. de Simonia, ubi Gregorius Pontifex prohibet donari aliquid ab eo qui ordinatur, pro ordinatione, vel usu pallij, seu chartis, atque pastellis. Verum hæc prohibitio declarata esse videtur in c. sicut Episcopum 1. q. 1. ubi non prohibetur ordinato, quin possit aliquid dare sponte, prohibetur tamen si ex pacto, aut exactus, & peritus donet. Ex quibus constat non prohiberi in iis capitibus donationem liberalem etiam pecuniam, quando non petitur, ut talis exigitur: quodque confirmari abundè potest, ex princip. cap. 1. de Simonia & ex princip. cap. sicut Episcopum: in quibus locis dicitur non licere Episcopo manum, quam imponit, vendere: vendite autem, bene explicat ibi Glossa non consistit gratuitum contractum; quia venditio non procedit sine pretio, & commutatione velis pro alio, leg. 2. §. sine pretio, §. de contrahenda empt. & aliis relatis Glossa ibi: Non igitur ex huiusmodi capitibus aliqua prohibitio specialis colligi potest.

Secundò efficacius probatur gratuitam donationem prohibitam esse, si fiat ad consequendos ordines ex Concil. Trid. sess. 21. cap. 1. de reformatione, ubi ait Concilium in hæc verba: Quoniam ab Ecclesiastico ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet, nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro literis dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo nec alia quacunque de causâ etiam sponte oblatum Episcopi, & alij Ordinum collatores, & eorum ministri quovis preteritu accipiant. Notarij verò in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi pro singulis literis dimissoriis aut testimonialibus, decimam tantum vnius aurei partem accipere possint, dummodo eis nullum salarium constitutum pro officio exercendo: nec Episcopo ex Notarij commodis aliquid emolumentum ex eisdem Ordinum collationibus directè, vel indirectè provenire possit. Tunc enim gratis operam suam præstare omnino decernit contrarias taxes, ac statuta, & consuetudines immemorales quorumcumque locorum, quæ potius abusus, & corruptelæ simoniacæ pravitati fauentes nuncupari possunt penitus cassando, & interdicens. Et qui secus fecerint tam dantes, quam accipientes ultra diuinam ultionem poenas à iure iniustas incurrant: Ex quo decreto constare videtur non solum donationes onerosas datas in sustentationem personæ, sed etiam sponte oblatas prohibitas esse, tanquam simoniacæ pravitati fauentes, atque adeo huius decreti transgressores esse simoniacos. Verum si hæc oblationes, & munera sponte dentur, & non in commutationem: nulla simonia est etiam ex iure Ecclesiastico, tener Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 10. num. 61. sine, Suarez 1. s. in 3. p. disputat. n. 31. sect. 4. num. 23. in sine. Ratio est; quia si quis, ob quem hæc omnia prohibet Concil. non est simonia, sed affectus avaritiæ, ut constat ex principio illius decreti: intendit enim ab Ecclesiastico Ordine omnem avaritiæ suspensionem abesse. Quod verò postea dicit contrarias taxes, & consuetudines simoniacæ pravitati fauere, in causâ non est, ut dicamus esse simoniacas, sed simoniæ fauere, quatenus avaritiæ radix est, & fomentum simoniæ. Est igitur huiusmodi transgressio vitium avaritiæ ob cuius commissionem,

beneficio vocando prouideat: & ita tenet Tolet. cap. 90. num. 4. Valen. disp. 6. quæst. 16. part. 3. ver. in contrarium. pag. 1654. Man. Rodrig. cap. 94. num. 2. in prima conclusione. & cap. 60. num. 5. Ex quo fit, si re scias obligatum antidotali obligatione pro beneficio impenso, potes hanc obligationem compensare muneribus, obsequiis, & aliis huiusmodi: ita supradicti doctores. Item est, si resignes beneficium ea intentione, & spe, ut alterum tibi à superiote conferatur, alias non resignaturus, non eris simoniacus si non intendas obligare superiorem obligatione alla præter antidotalem: ita expressè Valen. disp. 6. q. 13. p. 3. versunt tamen, pag. 1660. cum Soto quæst. 7. artic. 2. & colligit, ex cap. unico, de Rerum permutat in 6. & consensit Man Rodrig. 2. sum. cap. 56. num. 8. sine Farinac. aliis relatis lib. 1. cons. 75. num. 3. 4. & 48. & 53. post medium. & 68. & n. 8. in sine. Et addit Valen. hoc etiam verum esse, est prædictam spem verbis, aut scripto exprimat superiori: quia quod licet optare, licet etiam verbis exprimere, & in iure nullibi reperitur prohibitum, ne talis spes exprimat.

3. Dubitant tamen doctores, an si spirituale principaliter detur ob hæc munera, & obsequia temporalia, vel econtra hæc obsequia, & munera temporalia propter spirituale consequendum principaliter fiant, sit sufficiens ad simoniacum contractum constituendum. Affirmat Gabr. in. 4. disp. 25. q. 2. Adrian quodlibet. 9. Nauarr. cap. 23. n. 101. Covarru. lib. 1. var. resolut. c. vlt. n. 3. & videtur esse de mente D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 5. ad 3. & quodlibet. 8. art. 11. ubi ait illicitum esse ire ad Ecclesiam propter distributiones quotidianas principaliter tanquam propter finem, quamuis non, si propter eas eatur, tanquam propter finem secundarium.

Dicendum tamen est cum Soto lib. 9. de iustit. q. 6. art. 2. ante resolutionem ad argumenta, & Victor. relect. de Simonia num. 33. & seg. & Valen. disp. 6. quæst. 16. p. 3. ver. sed possum pag. 1651. Suarez latissime lib. 4. c. 44. à num. 11. aliis relatis Farinac. supradictis locis allegatis, dationem spiritualis propter temporale, aut econtra principaliter constituere simoniam, casu quo aliqua pactio interueniat: nam seclusa pacto ne certum est emptio, & venditionem esse non posse, nec contractum, & consequenter neque simoniam: imò neque ad peccatum mortale dammandum est, si eum qui propter vanam laudem principaliter recitat, aut elemosinam tribueret, non donatur peccati mortalis, sed solum ei dicitur recepisse mercedem suam: & secundum hanc doctrinam explicandus est Text. in cap. tua nos, de Simonia: ubi de eo qui ad cononiarum rogantur admitti, dicitur, si ea intentione ducatur, ut per temporalia bona spiritualia valeat adipisci, & clericis qui eum in fratrem admittunt non essent ad eum, nisi commoda temporalia perciperent, admittunt, sine dubio tam iste, quam illi apud districtum iudicem culpabiles iudicantur. Explicari enim debet de intentione, quæ per temporalia bona, tanquam per pretium spiritualia valeat adipisci, non de intentione, qua per temporalia bona liberaliter donata sperat spiritualia adipisci.

4. Dico secundò: donatio temporalis cum obligatione, & pacto dandi spirituale non constituit ex natura rei emptio, & venditionem simoniacam: nec Glossa in c. significatum, de Præbendis, & ibi Panor. in n. 8. & Glossa in c. vlt. 21. quæst. 2. per Textum ibidem tenet Cateranus quæst. 10. art. 3. Soto q. 7. artic. 2. Victor. relect. de Simonia 2. p. num. 10. Redoanus p. 2. c. 17. Valen. disp. 6. q. 16. p. 3. vers. ad secundam rationem. Gutier. canon. quæst. cap. 29. num. 13. Suarez lib. 2. cap. 46. à num. 4. qui alios referunt, & est communis, & in praxi omnino recepta. Hac enim ratione licet cum beneficiario pacificè de stipendio pro Missis dicendis, sacramentis ministrandis. Item fructus beneficij, decimæ, & oblationes ea conditione, & pacto donantur, ut beneficiarius sacra præter ministeria, adde illicitum esse relinquere annuos redditus in annuerialis, & fundatione capellæ cum obligatione tot sacrificia celebrandi, & tamen hæc obligatio non sufficit ad constituendam veram emptio, & venditionem. Ergo optime stat esse donationem cum obligatione, & pacto, atque adeo quasi contractum onerosum absque simonia. Ratio est; quia in iis casibus non das pecuniam pro re spirituali ex voluntate, quæ velis tantum æstimare pecuniam, quantum æstimas rem spirituales, seu ex voluntate quæ velis temporale cum spirituali commensurare: hoc enim est, quod necessariò requiritur ad propriam emptio, & venditionem: sed donas pecuniam in sustentationem ministri non absoluit, sed sub conditione ministrandi sacramenta tibi, & celebrandi sacrificia. Quod licitum, & honestum esse videtur.

5. Ex dictis ergo fit ad contractum emptio, & venditionis necessariò requiritur dationem pecuniam procedere ex voluntate commensurandi illam cum re spirituali, ac illam tantum æstimandi. Seclusa autem hac voluntate, etiam si detur spirituale vel temporale consequatur, vel etiam detur temporale cum obligatione donandi spirituale, nulla erit propriè simonia. Dixi ex natura rei: nam iure Ecclesiastico in materia beneficiorum quælibet donatio cum pacto constituit simoniam, ut videbimus. De aliis verò materiis pergitis inuestigare.

missionem, si in gravi materia sit (qualis illa censeri debet, quae sufficiat ad animam corrumpendum), poena excommunicationis infligitur. Haec enim imposta erat in Conc. II. Brachar. *cap. 3.* & in hoc decreto concilij censetur renovata.

Adverto tamen supradictam decretum intelligi debere de dantibus spontaneè ante Ordinem receptionem, & de illis qui postmodum ex obligatione praecedenti tribuant. Secus verò dicendum de illis, qui iam obtento Ordine aliquid dant spontaneè, aut quasi coactè, ut possint obtinere literas dimissorias, &c. ita expressè Salzedo in *pract. crim. c. 27. pag. 123. S. poterit tamen notarius*, & reddit rationem quia talis oblatio ex ambiguitate petitione non processit. Idem tenet Man. *2. r. summi. cap. 56. num. 6. circa medium*, & *cap. 58. num. 10. cum Balt. Altamir. in tract. de visitat. in verbis concilij qualitercumque n. 26.* & Lessius *dub. 10. n. 62.*

Secundò aduerto multis in locis amplius exigì à notariis, quam decem aurei partem, & tunc dantes omnino excusandos esse: quia non est mens concilij, ut literis illis careant: redimunt enim vexationem sibi factam: ita Lessius *illo c. 35. dub. 10. n. 62.* Et idem est in beneficiis, si quasi coacti solvant aliquid pro collationibus, vel admissione ad possessionem: ut tradit Rebuff. *tit. quot modis beneficia acquirantur. n. 13.* & fauet Suar. *de Relig. l. 1. lib. 4. cap. 48. n. 11.* Nicolaus Garcia *de benefic. 8. p. c. 1. n. 93.* & *seq.* quia videtur esse quaedam redemptio vexationis: imò addendum existimo cum Lessio *suprà*, accipientes excusari posse consuetudine, quae etsi corruptela videatur ob speciem mali, tamen mala non est, quando non exigitur temporale in commutationem spiritualis, & licet concilium contrarias taxas, statuta, consuetudines immemorales aboleverit, non tamen irritavit, neque annullavit sequentes consuetudines, ratione quarum haec exactio honestari potest, si iam processit tempus requisitum ad consuetudinem adversus legem canonicam inducendum.

3. Tertiò adducitur ad probandam gratuitam donationem temporalis pro spirituali prohibitam esse ut simoniacam, decretum Concilij Trident. *sess. 22. c. 18. de reformat.* ubi prohibentur examinatores Synodales occasione examinis in beneficiis facti quidquam ante vel post recipere, alioquin simoniae vitium dicuntur incurrisse tam ipsi examinatores, quam dantes: à qua simonia absoluti nequeunt (scilicet dantes) nisi dimissis beneficiis, quae quomodocumque antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur. Ex quibus verbis videtur gratuita etiam donatio prohiberi: Siquidem sunt ita absoluta: & ita censet Suarez *lib. 4. cap. 49. n. 1. sine.*

Verum meo iudicio non colligitur ex hoc textu liberalem donationem prohibitam esse, imò neque illam, quae daretur in stipendium: cum nullum verbum in supradicto decreto talem prohibitionem declarans, & mandatum quoad fieri potest benignius interpretari debemus, praecipue in materia simoniae, quae est vitium gravissimum, & poena imposita gravissima. Adde hoc decretum, ut constat ex marginali ibi, refertur, & relationem facit, ad *cap. 24. dist. in quo sol. receptio pecuniae propter Ordinis examinationem, tanquam pro ipsius commutatione, & pretio prohibetur*: ait enim: cauere debent examinatores ad Ordines, ne aut in fauoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti à vero deiciant, ut indignum, & minus idoneum ad sacros Ordines suscipiendos Episcopi manibus applicent. Quod verò non de gratuito bono, sed de eo, quod tanquam pretium datum est loquatur, constat ex sequentibus verbis: Quod si aliter fecerint, & ille qui indignè accesserit ab altari remouebitur, & illi qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati Ecclesiastica dignitate carebunt: Ecce quomodo de venditione rei spiritualis loquitur. Adde loqui de illo, qui approbaret indignum, & minus idoneum. Quod autem per modum stipendij sui laboris possit aliquid examinatores fructibus beneficij assignari ab Episcopo, & applicari, tradit expressè P. Nauarra *de restit. lib. 2. c. 2. num. 188.* & P. de Ledefina *2. part. summi. tract. 7. cap. 1. concl. 7. circa 13. difficultatem*: Vbi dicit esse communem sententiam omnium doctorum, & praxim receptam in Ecclesiis Hispaniae: & ita decidit in Concilio Provinciali Compostell. *act. 2. decreto*, & *act. 2. decreto 24. vers. Horum verò.* Efficitur ergo prohibitionem Concilij intelligendam esse de receptione per modum pretij, & commutationis vnus rei pro alia, non de receptione in stipendium. Vel secundò respondere possumus prohiberi aliquid accipi ultra stipendium: vel tertiò prohiberi examinatores aliquid recipere pro approbatione concedenda: hoc enim esset recipere pro iure spirituali ad beneficium, cum per approbationem eius acquiratur approbatio ad beneficium: & ita interpretatur Ledefin. *suprà*, & indicat August. Barbosa *3. p. de possess. Episcop. alleg. 60. num. 54.* & in *remissionibus concilij*: ubi adducit Farinac. *conf. 75. n. 3.* & *48.* dicentem generale esse nunquam simoniam committi absque pacto, & conventione praecedente: & tradit Zerola *2. p. de praxi Episcopali, verbo dimissoria*, §. 7. cum Nauarra. *conf. 67. de Simonia*, & addit simoniam non esse dare

aliquid minus examinatores non ut approbetur idoneus, cum sit alias sufficiens, sed ad captandam eorum benevolentiam.

4. Quartò adducitur, *cap. emanati. q. 1.* ubi gratuita donatio in Sacramento suscipiendo videtur prohiberi, ne sacerdos quod gratis accipit, pretio distrahere videatur. Sed re bene inspecta non prohibetur ita gratuita donatio, sed exactio nummorum in commutationem spiritualis donati, ut Glossa ibi: & ex *cap. seq. constar.* Addunt aliqui pro illo tempore ob varia incommoda etiam largitionem liberalem esse prohibitam, statim verò cessare.

5. Vltimò adducitur, *cap. 1. §. penult. de censibus, lib. 6.* ubi prohibentur Praelati, & eius visitatores, & familiaritates ne aliquid qualitercumque oblatum ultra debitas procuraciones recipiant: & pro ratione redditur, ne quae sua sunt videantur querere, sed quae Iesu Christi. Verum haec ipsa ratio probat non esse simoniam: cum potius sit vitio vitio auaritia, turpis quaestus, & iniustitia, quam simonia: & ideo non continetur haec prohibitio sub titulo de simonia. Et eodem modo explicandus est Textus in *cap. statutum. de Rescript. §. in super*: ubi est prohibitio, ne delegatus ultra esculenta, & poculentia accipiat etiam gratis oblata, nec magis ab vna parte, quam ab alia exactiones petat. Non enim ex his verbis simonia colligitur horum transgressio. Tum quia non est sub titulo de Simonia. Tum etiam quia ratio prohibitionis est, ne litigantes grauentur, neve corrumpantur iudices, &c.

6. Quocirca non inuenio donationem aliquam gratuitam esse prohibitam intuitu Religionis, & tanquam simoniacam damnationem, tam ex parte recipientis, quam consentientis, imò neque aliquam donationem onerosam quae venditio, aut emptio non sit (extra materiam loquor beneficiorum) & in foro conscientiae; nam in foro externo quocumque donatio fiat cum onere dandi spirituale: nisi iam sit ab Ecclesia approbata, semper praesumitur dari pro ipso spirituali in commutationem: ac proinde, ut simoniaca puniatur: in foro tamen conscientiae, simonia non erit, sed vel iniustitia, vel aliud vitium, ut ex iis quae de materia simoniae latius dicemus, constabit.

PUNCTVM VI.

Quae voluntas requiratur, & sufficiens sit ad Simoniam?

SVM MARI VM.

1. Aliqui affirmant simoniam committi, esto non habent intentionem promissum implendi.
2. Simonia conventionalis non est in supradicto casu.
3. Satis est fundamentum n. 1. ad aucto.

1. Diximus in princ. huius disputat. ad simoniam requiri studiosam, id est dei veritatem voluntatem emendi, vel vendendi, hoc est commutandi spirituale pro temporali. Ut ergo haec exactius intelligantur, dubitant doctores: an promissio dandi spirituale pro temporali absque voluntate implendi promissum, veram simoniam constituere possit: quod idem est, ac interrogare: an voluntas emendi, vel vendendi necessario sit ad simoniam requisita, vel an possit esse simonia realis, seu conventionalis absque mentali?

In qua re Nauarra in *comment. ad cap. vlt. de Simonia, num. 10. & cap. 23. num. 106. §. ad 3.* existimat committi veram simoniam, etiam ex parte illius, qui intentionem non habet dari promissum. Mouetur; quia sic promittens intendit media sua promissione licet facta, & deceptoriam obligare aliam ad dandum beneficium. Ergo iam aliquo temporali consequitur spirituale: siquidem ipsa promissio, qua spirituale consequitur, temporalis est, & pretio estimabilis qua onerosa multis periculis obnoxia.

2. Nihilominus tamen communior sententia est, & mihi probanda non committi simoniam conventionalem in hoc casu: ita tenet Caietan. *2. 2. Opus. tract. 9. g. 2. Soto de iustit. lib. 9. q. 8. arr. 1. S. dubium. Tolet. sum. lib. 5. cap. 90. num. 4. Petr. Nauarra lib. 2. cap. 2. difficult. 12. num. 391. in secunda edit. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 1. sine.* Suarez *lib. 4. c. 42. num. 4. Arag. 2. 2. q. 100. art. 6. concl. 3. pag. 1171. Man. Roding verbo simonia, cap. 56. n. 6. Valent. disp. 6. q. 16. p. 5. vers. ex quo intelligi potest, pag. 1669.*

Ratio est, quia carens animo donandi spirituale pro temporali, aut e contra, caret etiam animo emendi, vel vendendi: emptio enim, & venditio est datio, & commutatio vnus pro alio: non igitur esse potest simoniaca ex recepta definitione simoniae. Peccat tamen qui sic fictè contrahit, grauissimè. Tum quia alii inducit ad simoniam saltem metalem. Tum quia exterius opus simoniacè facit. Non tamen ut bene aduertunt omnes supradicti DD. poenas à iure inflictas simoniacè incurrit.

3. Neque obstat ratio adducta pro sententia Navarr. nam licet promissio illa facta pretio sit estimabilis; non tamen offertur in pretium beneficii recepti, sed est conditio, & natura, qua pretium offertur: conferens enim beneficium non confert pro promissione, sed pro re promissa. Alias esset simonia realis quotiescunque beneficium daretur existente aliqua promissione de pecunia pro illo solvendo, siue pecunia solvatur, siue non: quia illa promissio aliquid reale pretio estimabile est, in cuius virtute datur beneficium. Et hæc ratio probat etiam promissio illa confirmaretur instrumentum aliquo, & traderetur collatori: semper enim verum est dicere, non offerri ut pretium beneficii, sed ut conditionem ad pretium offerendum. Deinde quia ut bene notat Valen. *disp. 6. q. 16. p. 5. §. mibi vero*; tale instrumentum nihil valet collatori: nam in foro exteriori nihil poterit recipere ex vi talis instrumenti, cum sit simoniacus, & multo minus in foro conscientie. Cuius ergo utilitatis esse poterit: quidve censetur recipere ratione illius instrumenti.

Ex his relinquuntur explicata essentia simonia: siquidem explicata sunt quæ voluntas, quod pretium, quæ commutatio ad ipsam constituendam requisita sint. Restat explicandum quod spirituale, & sacrum debet esse obiectum, seu materia ipsius simonia: de quo in sequentibus.

PUNCTUM VII.

An sacramenti venditio excusari possit à Simonia?

SUMMARIVM.

1. Simonia est iuris divini & naturalis, pro sacramento pretium dare, & recipere.
2. Quid de sacramento matrimonij?
3. In extrema necessitate non potest pretium pro supradicta receptione sacramentorum offerri, bene tamen potest offerri pecunia in ministerij susceptionem.
4. Extenditur doctrina ad casus utilitatis, potius quam necessitatis, si voluntas dantis pecuniam declaratur.

1. Materie spirituales sunt in multiplici differentia. Alia sunt Sacramenta, alia Sacramentalia. Alia sunt de foro externo, & judicialia, alia de foro conscientie. De omnibus istis, & aliis sigillarim est dicendum. Sed primo dicendum de Sacramentis, quæ inter res spirituales primum locum obtinent.

Certum, & indubitatum est, simoniam esse venditionem potestatis communicandi Spiritum sanctum visibiliter: item venditionem gratiæ sanctificantis, characteris sacerdotalis, & similia. Unde si feruum Christianum aut sacerdotem pius vendentes: quia Christianus, aut Sacerdos esset absque dubio etis simoniacus: quia vitaliter vendis baptismum, & sacerdotium: ita expressè Paludan. *q. dist. 25. quest. 5. num. 15. Vgolin. de Simonia, tab. 1. cap. 35. Suarez lib. 4. cap. 9. à num. 7.* Idem est dicendum de omnibus Sacramentis simoniam esse pro illis pretium exigi: ut habetur generaliter, in *cap. cum Ecclesia, de Simonia, & specialiter de Sacramento Ordinis, Confirmationis, Baptismi, & Eucharistiæ sunt plurimi: Can. 1. q. 1. præcipue 1. 2. & 4. & c. baptizandus. c. nullus Episcopus. & c. seg. de sacrament. Penitentia, in c. nemo Presbyter, de Simonia: & de extrema unctione, c. ult. 1. quest. 3.* Ratio est clara: quia Sacramenta sunt divina, & Christo Domino non instituta ad gratiam dandam: nequeunt ergo pretio temporali coarctari, & in illius commutationem devenire.

2. De Sacramento matrimonij potest esse dubium, cum videamus varias pactiones, & contractus fieri, nolleque contractantes inter se coniungi nisi magna pecunia summa subrogata in dotem; imo non solum expostulatur pecunia in dotem, sed etiam solet aliquis contractantem nobilior expostulare ab alio ignobiliori aliquam donationem; iuxta *c. de illis, de cond. apponit.* Ergo iam pro matrimonio contractando, atque adeo pro Sacramento expostulatur pecunia.

Facilis est ad hæc responso: non enim datur pecunia pro matrimonio, quatenus est Sacramentum, sed datur pecunia pro illo quatenus est humanus contractus, ut sic ad æqualitatem reducatur: cum enim in matrimonio nobilis vir, ignobilis se tradit, ratione illius excessus petit pecuniam, ut sic aliquo modo æquales sint contractantes: quæ pecunia illa data est pro qualitate faciendi, non pro Sacramento: & ita tradit D. Th. *q. 100. art. 2. ad 6. Panomit. in c. cum in Ecclesia, de Simonia n. 3. cum Bart. in l. si ita stipulatus, §. & in l. si divorcio, ff. de verb. obligationib. Suarez lib. 4. c. 10. n. 11. & c. 11. n. 5. & 6.*

3. Specialis est difficultas, an supradicta doctrina ita vera sit ut etiam in casu urgentis, vel extreme necessitatis non possit pretium offerri pro Sacramenti administratione?

Et omisso variis dicendi modis nullam probabilitatem habentibus dicendum existimo pro ipso Sacramento etiam in extrema necessitate pretium offerri nullo modo posse. Est enim intrinsecè malum, donum Dei pecunia possidere. Ex qua ratione fit non posse pecuniam offerri alicui in illis neganti administrationem Sacramenti, ut ab illa iniustitia desistat. Quia non alia via desistat ab iniustitia, quam concessione Sacramenti: Cum igitur pro concessione Sacramenti offerri pecunia non possit, neque etiam pro cessatione ab illa iniustitia: ita omnes doctores aduersus Sotum *lib. 9. de iustit. q. 6. art. 1. affirmantem* posse emi Sacramentum baptismi pro parvulo in extrema necessitate.

Verum etiam hoc ita fit: potest tamen pecunia offerri neganti iniuste Sacramentum, non pro ipsa datione Sacramenti, & in eius commutationem, sed in sustentationem personæ, & eius voluntatem sustentandam, & benevolentiam captandam, vel eius avaritiam satandam. Ratio est: quia tunc non emittitur Sacramentum, cum non deure pro illo quasi in illius commutationem, sed deure ad movendam voluntatem negantis Sacramentum. Adde, si tibi licet obligatum administrare Sacramenta, mouere, & incitare mihi, & terroribus, affirmando te denunciaturum esse superiori, cur non licebit blanditijs, & pecunia illum mouere? & ita vniuersaliter tradunt doctores. Tolet. *lib. 5. c. 98. num. 8. Suarez lib. 8. c. 12. n. 19. cum Adrian. & Albertino, & addit eodem modo locum esse dare pecuniam tyranno captiuum haberi Eucharistiam, ut desistat ab illa tam horrenda iniuria: & consentit Valen. *diffut. 16. quest. 16. p. 4. à vers. questio hæc, pag. 1654. Lessius lib. 2. c. 35. dub. 7. num. 39. Valquez de scandalo quest. 43. art. 8. dub. ultim. num. 59. Basili. de Leon. lib. 5. de matr. monio. c. 13. §. 6. num. 35. & alij ab eisdem relati.**

4. An verò extendatur hæc doctrina ad alios casus utilitatis, potius quam necessitatis. Communiter negatur à doctores; quia dans pecuniam petenti illam pro administratione Sacramenti, censetur simoniacus, & illius cooperator peccati, à quo scandalo excusari non potest nisi ex urgentissima causa. Faveor tamen, si tuam intentionem manifestares, diceresque te non dare pecuniam in commutationem Sacramenti, sed ad redimendam vexationis causam, hoc est ad faciendum alterum deponere malam voluntatem, vel ad eius benevolentiam captandam, non esse impossibile licere in qualibet necessitate gratui pecuniam sic petenti tribuere: quia talis datio simpliciter est bona, & ob finem bonum, nulloque modo est prohibita in se, & ex alia parte non concurrit ad peccatum alterius. Exemplo Sacerdotis existentis in peccato, & male administrantis, quem non tenetur pæpochianus vitare in confessione neque in communione, neque in alijs Sacramentis. Et ita in hac sententiam inclinat Suarez *lib. 4. cap. 19. num. 7. cum Glossa in cap. dilectus, in cap. ad aures de Simonia, & in cap. questum 1. q. 3. Antonio in cap. dilectus de simonia. Redoan 3. p. de simonia, cap. 1. num. 6. Valen. *diff. 6. q. 16. par. 1. vers. secunda conclusio, & seg. Valq. supra num. 61.* Et a fortiori hanc conclusionem, & doctrinam debent illi doctores concedere, qui affirmant licitum esse in beneficijs redimere vexationem, nec proinde esse simoniam, quos infra citabimus, ubi de materia beneficiorum differemus.*

PUNCTUM VIII.

Qua ratione sacramentalium venditio simoniam constituat?

SUMMARIVM.

1. Distinguntur duplicia sacramentalia transuentia, & permanentia. Pro transeuntibus simonia est pretium dare, vel recipere.
2. Pro permanentibus simonia non est, modo carius non vendatur ob spirituale annexum.
3. Qualiter hæc laicis, vel clericis vendenda sint, an de fructu consecratione, vel illa retenta?
4. Qualiter pro sepultura pretium recipi possit.

1. Post Sacramenta explicanda sunt Sacramentalia, quæ dupliciter possumus distinguere in præsentia. Alia sunt transeuntia, alia permanentia. Transeuntia voco, quæ solum consistunt in actione, neque habent effectum permanentem, ut sunt benedictio nuptiarum, exorcismus, Catechismus in baptismo. Permanentia sunt, quæ effectum habent permanentem, ut sunt consecratio calicis, vel Ecclesiæ. De primis non est dubium quin sit simonia pretium pro illis recipere, & offerre: quia sunt ministeria facta, & actus ordinis clericalis.

2. De secundis est aliqualis dubitatio, an pro illis pretium offerri, & recipi possit? Ratio à difficultatis est: quia vidimus calicem consecratum emi, & vendi. Idem de sepultura, de capella, de Ecclesia. E contra est *cap. si quis obierit 1. q. 3. vbi*

ubi tam spirituale, quam corporale prohibetur vendi, & subditur ratio; quia quisquis horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, neutrum inveniendum derelinquit: atque consecratio non provenit absque materia corporali. Ergo non potest materia vendi absque eo quod vendatur consecratio. Idem probatur ex cap. *quæstio est, cum tribus sequentibus* 13. q. 2. & ex cap. *abolenda* 13. de sepulturis: ubi cautetur, ne aliquid pro sepultura recipiatur.

Dicendum tamen est, hæc omnia, quibus spirituale consequenter annexum est, posse vendi absque simonia, modo carius non vendatur ratione consecrationis: ita indicat D. Thom. *quæstio* 100. art. 4. ad 1. 2. & 3. in 4. dist. 25. q. 3. art. 3. *quæstio* 110. 3. & ibi Paludan. & Richard. Navar. cap. 23. num. 108. Antonin. 2. part. tit. 1. cap. 5. §. 23. Sylvest. verbo *simonia* q. 12. Caiet. eodem verbo reg. 1. & 3. Rodoa. 3. part. cap. 16. in princ. & cap. 17. num. 6. & seg. Suarez lib. 4. c. 14. n. 6. Archidia. cap. *Baptizandis* 1. q. 1. Tabien. v. *baptismus* 6. num. 4. Ratio est; quia res illæ, scilicet baptismus, aqua benedicta, Ecclesia, panis, calix, agnus, & reliqua sacramentalia permanentia consecrata non amittunt suum valorem propter consecrationem, ut de se constat. Ergo vendi possunt sicut antea, & ita videmus vsu receptum.

3. Notandum tamen est, vasa sacramentalia, ornamenta, imagines, &c. si hominibus profanis, seu ad vsu profanum vendenda essent, deberent prius confingi, ut notavit D. Thom. *supra*. Si vero ad vsu sacros, & præcipue Ecclesiasticis personis vendenda essent, integra vendi poterant, quatenus propter materiam, & operam æstimabilia sunt: ita docet expressè Valen. 2. 2. dist. 6. q. 16. p. 2. *vers. prioris generis* pag. 1638. cum Dur. in 4. dist. 25. q. 4. Sylvest. verbo *simonia* q. 12. & verbo *sepultura* q. 2. Idem dicit de loco consecrato ad sepeliendum & Soto lib. 9. de iustit. *quæstio* 1. art. 1. ad 2. Navar. cap. 23. num. 108.

Neque obstat cap. *si quis obierit*. Nam ut rectè explicat D. Thom. in 4. dist. 25. circa litt. Mag. loquitur non de rebus, quæ antecedunt consecrationem, & benedictionem, & ante illam æstimabilia sunt, etiam omni ordine secluso, qualia sunt superius enumerata: sed potius loquitur de illis, quæ consecrationem subsequuntur, qualia sunt vsu percipiendi redditus beneficii, quod ius ad ipsam institutionem beneficii consequitur: & tunc optime fertur: quisquis horum alterum venderet, sine quo nec alterum provenit, id est proficit, & vitiatas est, neutrum inveniendum derelinquit. At cum institutio in beneficium, & qualiter dignitas Ecclesiastica sine iure percipiendi fructus provenit, & esse non possit, neque è contra, efficiatur sanè vendito vno, & aliud necessario vendi: tam aliis rebus sacramentalibus, quæ secundum se æstimabilia sunt ante omnes spirituales, etiam si spirituale esse non possit sine materiali; quia tamen materiale esse possit sine spirituali, ideo vendito vno aliud inveniendum relinquitur. Quod autem hæc explicatio quadret textui constat: tum quia nomen consecrationis ibi sumitur pro ordinatione sacra, ut explicat Gloss. *ve* pro collatione cuiusvis dignitatis spiritualis, ut tenet Suar. lib. 4. cap. 14. num. 13. & præterea quia ibi subditur: nam cum corporalis Ecclesia, (hoc est ius ad gubernandum corporalem Ecclesiam) aut Episcopus, aut Abbas, id est dignitas Episcopi; & Abbatibus sine rebus corporalibus, (hoc est sine subsidiis temporalibus) in nullo proficiant, (id est subsistere non possint) quisquis horum alterum vendit, sine quo neque alterum provenit, neutrum inveniendum derelinquit. Secundo responderi possumus cum Valen. *disputat. 6. quæstio* 16. p. 2. *vers. vlt.* vendentem vnum, sine quo alterum non provenit, id est, non valet nihil inveniendum relinquere: cum autem plura sacramentalia permanentia, quæque spirituale antecedunt, sine spirituali æstimabilia sunt, valeant, seu proveniant, efficiatur sanè illis venditis spirituale inveniendum relinqui.

4. In cap. *abolenda*, cap. *quæstio est, cum tribus* seqq. & in cap. *audiuntur de Simonia*. Dubitant Doctores, qua ratione pro sepultura fidelium pretium exigi possit?

In qua re respondeo, posse Religiosos, vel clericos, qui fuerint domini alicuius Ecclesiæ, vel Capellæ etiam consecrate vendere dominium, & proprietatem illius, quantum valuerit fundus, & expensæ quæ factæ fuerint in eis ædificandis. Et probatur, quia ibi non venditur benedictio, neque proprium ius sepulcræ, sed materia illud, ad quod alia sequuntur: ita Sylvest. *verbis simonia* q. 12. *vers. tertio*, & Vgolin. tab. 1. cap. 44. §. 2. num. 10. Suar. lib. 4. cap. 14. num. 18. & num. 22. sine idem dicit de eo qui vellet onerare Ecclesiam, ne alius præter ipsum, aut eius descendentes in ea sepeliatur, posse inquam ab illo exigi pretium pro illa obligatione; quia onus illud pretio est æstimabile; & ex alia parte non est spirituale, neque spirituali annexum, sed omnino accidentarium ipse tamen patronus, & fundatur capellæ pretium nullum exigere potest, ut permittat aliquem extraneum ibi sepeliri: venderet enim vsu sepulcræ contra supradicta cap. *præcipue*, cap. *in Ecclesiastico*, 13. *quæstio* 2. Secundo dicendum est pro loco communi, & de-

stinato sepulcris fidelium pretium nullum recipiant exigi potest, quia videtur exactum pro vsu sepulcræ, quod est quoddam officium Ecclesiasticum: & ita tradit Sylvest. *supra* & verbo *sepultura* q. 2. & communiter DD. potest tamen recipi quicquid in sustentationem gratis fuerit oblatum, imo exigi quicquid consuetudine receptum sit donati, quia tunc non exigitur, ut pretium: ita Sylvest. *supra*, & Arag. 2. 2. q. 100. art. 4. *vers. in solut.* ad 3. pag. 1123. & Valen. *disputat. 6. q. 16. p. 2. vers. prioris generis* pag. 1638. At hac ratione exilissimo excelsari possit: Religiosos, vel clericos petentes pro sepultura digniori loco constituta, hoc est propè altare maiorem summam pretij, quam pro sepultura in corpore Ecclesiæ; petunt inquam hoc ex consuetudine, & in sustentationem ministrorum, non in pretium maioris dignitatis: sicut qui pro Missa maiori amplius peteret, & ita debet intelligi Arag. *supra*, affirmans posse ferri pretium speciale pro iure sepeliendi digniori loco, maiori que pompa. Quod intelligitur de pretio dato in sustentationem, non de pretio rigoroso, & dato in commutationem illius excessus, & dignitatis; quia esto accidentaria sit, & non necessariò coniuncta officio sepeliendi: est tamen omnino spiritualis atque adeo non pro illa formaliter recipi pretium potest; ut rectè dixit Sylvest. *quæstio* 11. Antonin. 2. part. tit. 1. cap. 5. §. 22. & Suarez lib. 4. de simonia cap. 14. num. 22.

P V N C T V M I X.

Verum exercitium cuiusvis virtutis vendi possit absque Simonia?

S V M M A R I V M.

- 1 Pro hoc exercitio non potest pretium recipi; bene tamen stipendium sustentationis, & de eo pacifici à clericis non obligatis illud prestare.
- 2 Clericis vero obligatis si stipendium non debitum exigant, plures censet committi simoniam: probabilis est solam iniustitiam.
- 3 Exigi pecuniam ab ingredientibus Religionem pro illorum ingressu etiam in sustentationem illorum, si verus censetur esse simoniam iuris Ecclesiastici.
- 4 Probabilis est non esse, si monasterium indiget.
- 5 Proponitur quædam oblatio, & fit illi satis.
- 6 Respondetur textibus in contrarium.
- 7 Qualiter pretium dari possit pro operibus cedentibus in propriam utilitatem pretium recipiendum.
- 8 Simonia est, si ex illius datione obligetur recipiens ad hunc virtutis exercere.
- 9 Quid Sanchez sentiat in hac parte?

Loqui possumus de duplici actu virtutis. Primò de eo, qui fit in utilitatem aliorum, sicut divina officia, exequia mortuorum, orationes publicæ, &c. Secundo de actu respiciente tantum utilitatem privatam ipsius operantis. Deinde potest pretium exigi pro iis actibus, tanquam pretium ipsorum, vel tanquam stipendium ministrorum. Dicendum igitur est pro actibus in aliorum utilitatem cedentibus, quales sunt exequia mortuorum, Missæ, Officia divina, non potest pretium aliquid recipi: habetur expressè cap. *cum Ecclesiæ*, cap. *non satis*, cap. *ad Apostolicam*, cap. *sum de Simonia* & docent Doctores omnes cum D. Th. q. 100. art. 3. bene tamen potest pro omnibus iis officiis stipendium sustentationis recipi, & de eo pacifici: ita expressè Suar. lib. 4. c. 15. n. 5. cum Gutier. canon. q. lib. 1. cap. 2. 9. *præcipue* à n. 15. Quæ conclusio procedit specialiter de sacerdote non obligato aliis iure officia ministrare: dignus est enim operarius mercede sua: & idem affirmant Doctores, & probat vsus de contractantibus comitantibus corpus defuncti; posse inquam pacificè de pecunia sibi danda non per modum pretij sed in stipendium, & sustentationem. Ex hac doctrina infert Valen. 2. 2. dist. 6. q. 16. p. 3. *vers. ex eodem capite*, non esse simoniacum vsu aliquorum Ecclesiæ, in quibus promittitur aliquod ministerium spirituale, ut exequia, Missæ, &c. facientibus talem elemosynam: spectatur tunc ut mortuum illud temporale, & ex illius affectu, & inclinatione datur, & promittitur spirituale, & tenet etiam D. Thom. q. 100. art. 3. ad 3. & Sylvest. verbo *simonia* q. 11. *vers. quartum*. Imo addunt Valen. & Sylvest. *supra*, cum Covar. lib. 1. var. cap. vlt. n. 3. idem esse dicendum, etiam si fieret statutum non dandi spirituale, nisi illis qui fecerint talem elemosynam: quamquam hoc statutum vpotè pietatis aduersum non probet D. Thom. *supra*: generat enim scandalum, & affert se cum præsumptionem simoniz, in re tamen neque simoniacum est, neque illicitum est, si ratione illius non intendunt officia pietatis inducentia obligationem excludere.

2. Verum si loquamur de aliis clericis obligatis hæc officia divina exercere; affirmant supradicti Doctores, Suar. & Gutier.

Guic. *supra*, & Syluest. *Simonia n. 9. vers. 3.* & Selua *debe-*
nes. l. p. q. 7. n. 56. cum aliis simoniam committere, si aliquid
vltra id, quod est consuetudine receptum exigant etiam in sti-
pendium, iuxta sustentationem, iuxta *cap. ad Apostolicam de si-*
monia. & cap. vendentes. l. q. 3.

Ratio est: quia de sustentatione iam illis esse aliunde prouen-
tum. Ergo non habent titulum ratione cuius stipendium exi-
gant, atque pro ipsomet officio censetur exigere.

Hæc tamen ratio non conuincit: licet enim de sustentatione
ne sit illis prouisum sufficienter, possunt stipendium exigere
ad superabundantem, & non debitam sustentationem, sicut qui
pro eadem re duplex pretium expostularet. Quocirca non
sode probatur committi propriè simoniam, sed solum præ-
sumi: est tamen vera iniustitia, & ita tenet Lessius *lib. 2. c. 35.*
dub. 8. n. 5. sine. & n. 53. fin. & Suar. lib. 4. c. 46. n. 46. n. 9. & c.
47. n. 6. & Sotus lib. 9. q. 6. art. 1. & Tolet. lib. 5. c. 89. n. 6. &
colligitur ex Valent. disp. 6. q. 16. p. 3. quia hæc pecunia non
expostulatur, vt pretium facitiorum, & orationum, sed vt
motium, & ex cuius affectu iactantia exibetur.

3. Dubium tamen est factis commune; an ab ingredi-
entibus Religionem pro illorum receptione pecunia exigi possit
absque simonia, si exigatur in sustentationem ipsorum ingre-
dientium, non in pretium, & commutationem receptionis ad
nouitium, vel professionem?

Et quidem esse simoniam saltem ex iure Ecclesiastico tenet
Atheniades. *l. q. 2. in princ. Vgolin. de simonia tab. 1. c. 4. S. 1.*
n. 16. fauente plures canones in *tit. de simonia præcipue cap.*
Nullus. cap. dilectus. el. 2. cap. audiuimus. cap. quoniam. & ex-
trauagans. 1. eodem tit. quæ incipit. sicut ne in vinea demini.
In omnibus enim iis decretis prohibetur ne pro ingressu Reli-
gionis aliquid quomodocunque offeratur.

4. Nihilominus tamen dicendum est cum D. Thom. *in 4.*
disp. 25. q. 3. art. 3. quæstione. 1. ad reg. Caletan. ibi. & in sum.
verbo excommunicatio. cap. 73. Antonin. *2. p. tit. 1. cap. 5. §. 18.*
Glossa in *cap. non satis. cap. quoniam de simonia. & ibi Abbas.*
Giegot. *Lop. leg. 22. tit. 7. part. 1. verbo porque lo recilian en*
la orden. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 12. num. 68. Suar. aliis re-
lati *lib. 4. cap. 17. n. 3.* Simoniam non esse exigere pecuniam
ab ingredientibus in eorum sustentationem: casu quod mona-
sterium indigeat, Syluest. *autem. verbo simonia q. 15. & Sotus*
lib. 9. q. 6. art. 2. & Valent. disp. 6. q. 17. p. 2. vers. multo vero ma-
gis pag. 1636. & Arag. q. 100. art. 3. vers. sed quid dicendum
pag. 117. addunt simoniam non esse, etiam si monasterium
opulentum sit. Ratio huius conclusionis solum est consuetu-
do recepta præcipue in monasteriis monialium, in quibus vi-
demus neminem recipi, nisi sufficientem pecuniam ad sui sus-
tentationem afferat, vel alia ratione monasterio proficua sit
imò vltra hanc summam quæ doris nomen obtinuit aliquid in
vium præexistens monialium debet erogare. Signum ergo
est hoc non esse prohibitum iure Ecclesiastico, aut si pro-
hibitum est, consuetudinem aduersum prohibitionem valuisse.

5. Dices, Religiosus media receptione in monasterium ac-
quirat ius, vt ex redditibus monasterij sustentetur, sicut & alij
Religiosi præexistentes non igitur admitti potest cum onere
solvendi propriam sustentationem: si quidem ex admisione illi
sustentatio debetur. Et confimo exemplo beneficiarj, qui
media electione, seu possessione ius acquirat, vt ex redditibus
beneficij sustentetur: quo cum non licet pacifice de danda pos-
sessione, seu electione sub conditione. Si ex patrimonio pro-
prio sustentetur, & fructus beneficij aliis clericis pauperibus
applicet, quia esset simoniaca talis conventio: similiter ergo
videtur esse conventio facta cum Religioso, vt secum sus-
tentationem afferat, vt sic redditus monasterij aliis Religiosis, &
operibus applicentur.

Respondeo sustentationem Religiosi debitam esse ex ingre-
ssu in monasterium, sicut est debita aliis Religiosis: non tamen
est debita integre, sed lo àm pro facultate redditum monaste-
rij: quod forte ex nouo Religiosi ingressu damnatum patiaris
ex quo redditus insufficientes reddantur ad omnium congruam
sustentationem, vel ad alia onera sustentanda, ad quæ mona-
sterium obligationem habet, vel voluntatem: cum autem in-
conueniens sit Religiosis præexistentes grauari ex recentis ingre-
ssu, aut viam perfectionis aliis aptioribus præcludere; ea
de causa pecunia exigitur in sustentationem nouiter ingressi.
Exempli autem de beneficio non est ad rem quæ beneficiarius
non eligat ad beneficium, circa cuius redditus alius benefi-
ciarius integre ius habeat, damnatumque in propriis bonis pa-
tiatur, sicut patiuntur religiosi præexistentes ex nouiter ingre-
ssu. Ad id beneficium omnem pactionem, & conditionem
esse prohibitam *c. cum olim. cap. quæstum. De rerum permu-
tat. & alii:* neque consuetudo est in contrarium. At in reli-
gionis ingressu esto prohibita sic omnis pactio de alimentis
religiosi, contraria consuetudine est abrogatum.

6. Ex his facile est respondere textibus in contrarium: nam
cap. Nullus. cap. dilectus. cap. non satis. cap. cum in Ecclesia.
cap. veniens. de Simonia loquuntur de exigentibus pecuniam
pro ingressu religionis, non de exigentibus pecuniam pro sus-

tentatione ipsorum ingredientium: quod constat: quia eod-
em modo loquuntur de exigentibus pecuniam pro ingressu
ac de exigentibus pecuniam pro ordinatione. In *cap. tamen*
audiuimus. videtur fieri prohibitio non solum de exigentibus
pecuniam pro ipso ingressu, sed etiam de exigentibus titulo
alio ex natura res licito. Si quidem Pontifex non solum ma-
las exactiones, sed etiam illas, quæ speciem mali habent, pro-
hibere intendit. At si rectè expendatur, vt aduertit Suar. *lib.*
4. c. 17. n. 13. videbimus non loqui cap. illud de exactione pec-
cunie in sustentationem ingredientium, sed de pinctantia, seu
propinas, quæ exiguntur pro singulis religiosi, imò non de hæ-
rum contributione, sed de modicis exigendi, vt constat ex
illis verbis textus difficultates ingerunt, & malitias; donec
aliquid muneris manus contingat eorum: quem modum exi-
gendi à particularibus personis intendit Pontifex ibi prohibe-
re: nam vt in materia de oblationibus punct. vii. dictum est, si-
cut non potest parochus extorquere oblationem, negando Sa-
cramenta, aut alia officia diuina: ita huiusmodi propinas non
potest quilibet religiosus extorquere negando religionis in-
gressum. Secundo respondeat possunt consuetudine huius-
modi legem abrogatam esse: videmus namque præcipue in
conuentibus monialium neminem recipi, quin in ipso religio-
nis ingressu singulis personis aliquas pinctantias, seu propinas
tribuat.

Caput vero *quæstionum 40. de Simonia* magis virgerè videtur:
ibi enim prohibet Pontifex monasteriis monialium, ne præ-
textu paupertatis aliquid exigant. Sed responderi Suar. *illo cap.*
17. num. 14. Lessius *dub. 12. n. 71.* hoc solum contingere, quan-
do monasterium reuera pauper non est, & nihilominus illo ti-
tulo, & colore aliquid exigitur: tamen contingere potest mona-
sterium non eessere subsidio ingredientis, ne propter illius in-
gressum a officia sibi vitia impediatur, neve aliis aptiori-
bus præcludatur ingressus.

Circa extrauag. primam *de Simonia*: vbi Urbanus Papa
prohibet sub excommunicatione ipso facto incurrenda, & Pa-
pe reseruata, ne ab iis qui religionem ingrediuntur, aliquid
exigatur directe, vel indirectè, præter id quod ingredien-
tes puit, & spontè, & plena liberalitate, omnique pactione
cessante, dare vel offerre voluerit. &c. Aduerto cum Syluest.
verbo *Simonia quæst. 15. & Soto lib. 9. de iust. q. 6. art. 2. ad 4.*
Nauar. *cap. 27. n. 106. & Suar. 5. tom. de censur. disp. 22. sect. 5.*
à num. 5. & lib. 4. de Simonia cap. 17. à n. 16. ibi non prohi-
beri receptionem pecunie in sustentationem ingredientium,
sed solum ob ingressum, & propter illum: quia hoc præsentis
decreto non intendit Urbanus nouam prohibitionem facere, sed
antiquam confirmare, sub noua pena, vt indicant illa verba
deservabilis. & à canonicis reprobatam seruat abusus. Hæc
tamen interpretatio non videtur adæquate subsistere: nam esto
in principio extrauagantis non intendat nouam prohibitionem
facere, sed antiquam confirmare, quod sanè durum est, cum
dicat non posse recipi quidquid ex pacto fuerit datum; tamen
in medio illius extrauagantis prohibet quoscuque passus, seu
prandia, pecunias, iocalia, aut res alias etiam ad sumum Ec-
clesiasticum, aut alium prius deputata, vel deputanda, hoc est
munuscula, & dona, quæ pro sacrificia valeduntur, vel aliis si-
milibus vitiis extorquentur solent. Quapropter dicimus in mo-
nasteriis præcipue monialium locum non habere ob consuetu-
dinem in contrarium præscriptam.

Tandem difficultatem ingerit *c. periculosa vnicui De statu*
regularium in 6. vbi cauetur, ne in monasteriis ordinum non
mendicantium aliquæ recipiantur de cetero in forores nisi
quor poterunt de ipsorum monasteriorum bonis, siue prouenti-
tibus absque penaria sustentari & si secus actum fuerit irritum,
decernimus. Quæ prohibitio aucta est in Concil. Trid. *sed. 25.*
cap. 3. de reformat. ad monasteria virorum, cuiuscunque ordi-
nis sine: ibi enim dicitur, ne in monasteriis virorum, aut
mulierum maior numerus recipiatur, quam qui ex propriis
redditis monasterij, vel consuetis elemosynis commode
possit sustentari.

Ad hæc respondet Lessius *cap. 39. dub. 12. sine. & Suar. lib. 4.*
de Simonia c. 17. n. 17. ea quæ in sustentationem inferuntur sub
prouentibus, & consuetis elemosynis intelligi, & eo titulo
accipi posse. Vnde concluditur neminem recipi, nisi, qui ex
prouentibus, consuetisque elemosynis, & redditibus mona-
sterij valeant sustentari.

Sed quid dicendum de operibus cedentibus in propriam vti-
litatem? Non leuis est difficultas, an pro iis pretium dari pos-
sit, & recipi absque Simonia? v. g. an possit pretio aliquem
inducere, vt recipiat baptismum, vt confiteatur, vt Sacramen-
ta frequentet, vt religiosus fiat?

Et quidem si pactum secludamus, hæc omnia licita sunt, &
constat ex *can. debet. 23. quæst. 4.* vbi ait August. quemlibet
debere proximum suum adducere ad Dei cultum non solum
doctrina, & disciplina, sed etiam beneficentia consolatione,
id est donis, & beneficiis & tener expressè Valent. *disp. 6. q. 7.*
pari. 3. vers. tertio sequitur pag. 1648. Deinde pro certo habend-
um est, posse tibi fieri promissionem, aut donationem sub con-
ditione

ditione expressa, si ad fidem convertaris, si sis religiosus, si Sacramenta ministras, vel frequentes, & non aliter ita expressè Suar. lib. 4. de Simon. c. 16. n. 14. Mol. tract. 2. de iustit. dist. 93. c. 1. 4. Sanch. multis allegatis lib. 1. de sponsalib. disp. 93. n. 4. Lessius lib. 2. c. 35. dub. 12. n. 67. Et probatur manifeste, ex cap. cum sit proprium. 2. de conditionib. appositis: ubi enim manu mittitur seruis, eique libertas conceditur ea conditione, & modo, ut monachus fiat, & non aliter: libertas autem pretio est estimabilis. Ergo iam conceditur aliquod pretio estimabile sub conditione monachatus. Et ratio est: quia ex vi illius donationis non imponitur donatio aliqua obligatio, sed ei datur optio, ut si velit à seruitute exire, eligat religionem, sin minus seruis maneat, sicut antea: qua etiam ratione validum censetur legatum relictum alicui sub conditione, & pacto, ut sacerdos, vel religiosus fiat, sicuti multis allegatis probat Sanch. lib. 1. de sponsalib. disp. 34. num. 15.

8. Quocirca solum in eo casu existimo Simoniam esse pretium offerre pro actu, & exercitio virtutis cedente in propriam utilitatem: quando ex datione pretij determinaris, & obligaris ad exercendam virtutem: ita expressè Suar. lib. 4. cap. 16. num. 17. & tenet Abbas cap. cum in Ecclesia, de Simon. n. 7. & Rodan. 3. p. c. 5. n. 23. Et in hoc casu explicandus est Text. in can. quam pio. 1. g. 2. ubi quoddam monasterium praelato carens petebat ab alio, ut sibi de Abbate prouideret: cui petitione nolebat monasterium annuere, nisi facta sibi aliqua recompensatione. Respondet tamen Bonifac. se esse anxium, & dubium non de responsione danda, sed quibus verbis danda esset, ne multum eos religiosos contritaret; ac tamen summa modestia, & prudentia eos conuincit, nullo modo talem exactiorem licere argumentum desumpto ex Apostolorum exemplo de quibus dicit nunquam prouocasse aliquem ad Dei cultum aliquo muneris interveniu. Intelligi inquam debet nunquam prouocasse aliquem ad Dei cultum, imponendo illi determinatam obligationem; relinquendo tamen in sua libertate, & optionem illi concedendo, ut si velit sui donis, Sacramenta frequentet; vel aliud spirituale faciat, sin minus dono illo temporali, careat, optime posse ab Apostolis, & sanctis Patribus fieri. Hinc sequitur illicitum esse, si pauperem alas in studio, & propter alimenta imponas illi obligationem de Sacerdotio, vel religioso statu sumendo. Erit tamen licitum obligare illum ad restitutionem expensarum, si religiosus non fuerit: quia in hoc casu nullam ei imponis propriam obligationem, sed declaras intentionem tuam limitatam esse, neque velis sustentationem illi donare, nisi sub conditione illa de statu religioso, cum enim dominus sis diuitiarum tuarum, potes sub hac, vel illa conditione donare, & non alia: ita Suar. illo cap. 16. num. 13. & Lessius cap. 35. dub. 12. n. 67.

Sanchez vero lib. 1. de sponsalib. disp. 39. n. 4. in vlt. ratione & num. 7. aliter respondet supra dicto cap. Quam pio, dicit namque licitum esse te obligare muneribus, & donis ad Dei cultum cedentem in utilitatem tuam propriam. Secus vero, si cederet in utilitatem donantis, vel alterius; nam pro prima obligatione nihil recipitur à donante; non igitur committere potest Simoniam: Pro secunda autem donatione, iam in se, vel in alio recipit emolumentum spirituale. Ergo est Simoniacus: & de hoc casu loquitur textus siquidem monasterio praelato carente petebantur munera, ut praelatus illi concederetur, cuius concessio in utilitatem ipsius monasterij dantis pecuniam cedere debebat, non in utilitatem dantis praelatum. Fator huiusmodi solutionem textui conuenire, ac proinde ex illo non probari datam pecuniam pro actu cedente in utilitatem propriam ipsius recipientis pecuniam esse Simoniam. At quia in cap. quam pio, & cap. vlt. de Pactis, & aliis generaliter pacta prohibentur absque distinctione, & opus spirituale quod exigitur ex vi muneris cedat in utilitatem dantis pecuniam, vel illam recipientis: ideo superior solutio data videtur subsistere. Quod autem Simonia non eueretur, ex eo quod des pecuniam Petro pro actu cedente in propriam eius utilitatem optime probatur à Suar. illo cap. 16. à num. 18. varijs exemplis. Primum de religione emente ab aliquo eius ingressum, solum ob eius utilitatem spirituales, in quo certe religio, etiam si nihil spirituale reciperet, committeret Simoniam. Secundò de fratre minore, natu, qui à primogenito emeret, ut religiosus fieret eo sine, ut ipse frater minor hereditate succederet sine dubio esset Simoniacus; & verè emeret rem spiritalem, licet illam non reciperet. Idem est, si dato temporali pretio obligares alium ad orandum in suam utilitatem esto inde tibi nihil spirituale, vel temporale commodi eueneret. Ratio vero est; quia ad emptionem solum requiritur, ut res empta non sit sub dominio, & potestate ementis, sed per emptionem constituitur à vendente in eo statu, & modo, quo emens intendit. Quod optime fit, etiam si in utilitatem vendentis cedat.

An vendi possit exercitium cuiusvis scientia abique Simonia?

S V M M A R I V M.

1. Aliqui existimant pro officio docendi Theologiam pretium dare, vel recipere Simoniam esse.
2. Contrarium est probabilius.
3. Pro licentia docendi procedente à iurisdictione temporalis pretium recipi potest.
4. Vendere gradum Magistri, & Doctoris non est Simonia.
5. Pro responsione casuum conscientia, Probabilis est pretium posse recipi.
6. Item pro munere docendi doctrinam Christianam.
7. Pro concione, & persuasione infidelium ad fidem, & fidelium ad penitentiam Simonia est pretium recipere.

1. DE sola Theologia est difficultas, an eius venditio sit Simonia? Pro cuius explanatione notandum est quinque esse functiones Theologiae. Prima deducere conclusiones ex principijs fidei, siue necessario, siue probabiliter. Secunda interpretari scripturas. Tertia dare responsa ad pacandas conscientias. Quarta docere doctrinam Christianam. Quinta concionari, seu persuadere infidelibus ad fidem, & fidelibus ad iustitiam, & maiorem firmitatem.

De primo, & secundo munere, quod est deducere conclusiones ex principijs fidei, & interpretari scripturam. Prima sententia affirmat esse Simoniam pretium pro ipsis docendis recipere: Ita Paludan. 4. dist. 25. quast. 5. num. 20. Antonia. 2. part. tit. 1. cap. 5. §. 7. notab. 6. in fine. Syluest. verb. Simonia, quast. 10. & inclinat Hostiens. in cap. qui nonnulli, de Prescriptis. Fundamentum est; quia munus Theologi, ut dicit August. 14. de Trid. cap. 1. est roborare, ac illustrare, ac credibilia facere principia fidei, & ex illis principijs illustratis, roboratis deducere conclusionem: at talis deductio non fit lum à principio naturali, sed etiam supernaturali: & proposito pro fidei diuinam procedit, & ideo maiorem certitudinem habet, quam quilibet conclusio scientifica, & ex alia parte conuenit maxime ad spirituale saluam. Ergo est inuendibile tale munus.

2. Contrariam sententiam scilicet non esse Simoniam recipere pecuniam pro officio docendi, & interpretandi scripturam (scilicet interpretacionem, quae fit ex instinctu Spiritus sancti) censo probabiliorum: & docet Suar. lib. 4. de Simonia cap. 18. num. 7. & affirmat hodie esse commune, & in scholis receptam: & tenet Glossa in cap. vendentes: quast. 3. & in c. qui fundat. 1. q. 1. verbo sanitatis, & cap. de quibusdam. 37. dist. verbo magistris; Adrian. quodlib. 9. art. 1. fine. Victor. relect. de Simonia num. 6. Soto Ph. 9. de iustit. q. 5. art. 1. & quast. 6. art. 2. ad 2. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 13. n. 80. Tolet. lib. 5. sum. cap. 88. numer. 3. & 4. & habetur leg. 10. tit. 17. part. 1. & ibi Gregor. Lop. Ratio est à contrario, nam elto Theologia procedat à principijs reuelatis: non tamen ab illis, quatenus reuelata sunt, sed quatenus modificantur per principia naturalia. Deinde non ordinatur hoc munus per se ad saluam animae, sed potius ad illustrandum intellectum in hac doctrina, sicut & in alia scientia naturali. Ergo est vendibile. Adde per accidens esse; quod Theologia procedat à principijs reuelatis, & fide diuina creditis ad hoc munus docendi. Nam qui de aliquo principio fidei voluntarie dubitat, eodem modo potest docere, sicut habens fidem. Ergo per accidens se habet conueniens supernaturalis fidei ad huiusmodi officium.

3. Hinc inferitur pro licentia docendi, si procedat à iurisdictione temporalis posse pretium recipi absque Simonia: nam per cathedram datur haec licentia, & tamen si aliquis venderet cathedram, non esset Simoniacus, sed iniustus, alijs vendere suffragium in oppositione ad cathedram Theologiae esset simoniacus, quod nullus dicit; & ita docent Innocent. P. normitan. in cap. 2. de Mag. Antonin. 2. p. tit. 1. cap. 1. n. 17. Tab. verbo magister n. 10. Gregor. Lopez leg. 10. tit. 17. part. 1. Suar. cap. 18. num. 14. Lessius lib. 2. cap. 35. n. 83. Neque oblat cap. 2. & 2. de Magistris. ubi prohibetur dari hanc licentiam docendi pecunia. Quia illa prohibitio non facit actum esse Simoniacum, sed esse iniustum, & illicitum.

4. Secundo inferitur; vendere gradum Magistri, & Doctoris non esse Simoniam; ita docere videtur Antonia. 3. tit. 5. cap. 2. §. 6. & ex illo Tabiena verbo magistrum. numer. 11. expressè Suar. supra illo cap. 18. num. 16. Lessius dub. 13. num. 83. Ratio est; quia huiusmodi gradus, sunt quaedam publicae approbationes ad docendum, & consulendum, & cum aliquibus priuilegijs, & facultatibus, & commoditatibus, vel honoribus omnino temporalibus; quae omnia naturalia sunt.

sunt. Ergo non est Simonia eorum venditio: & ita videmus exigi pro magistrali, & doctorali Theologiae summam pecuniam, quae ratione stipendij, & sustentationis praeside satis honestari non possit. Neque refert, ut optime dicunt Suar. & Lessius supra collationem, vel institutionem huius gradus Pontificiam esse: quia etiam Pontifex potest aliqua temporalia instituire, & conferre ad splendorem rerum spiritualium, quae non eo ipso sunt materia Simoniae, nisi specialiter prohibeantur in iure religionis, quod in his gradibus non inuenitur. Addit praeterea Suar. supra num. 17. in fine, obligatum ratione cathedrae beneficii, aut alia via docere Theologiam, si pretium exigat pro tali officio non fore Simoniacum: quia nunquam exigit pro aliqua re spirituali, sed temporalis: & confentit Aragon. quae. 100. articulo, 3. vel. in eadem solus. pag. 1116.

5. Tertium munus Theologi est responsa dare casibus conscientiae: circa quod Lessius cap. 35. dub. 13. num. 78. & 79. affirmat Simoniam esse pro eo pretium expostulata. Ergo tamen probabilius existimo Simoniam non esse tenet D. Thom. quae. 100. art. 3. ad 3. Nauar. cap. 13. num. 200. Suar. cap. 18. num. 19. & 20. Ratio, est, quia illa instructio est naturalis, & humano labore acquisita: vendi ergo potest. Quia ratione canonice pretium recipere solent: pro huiusmodi responsis, sicut & pro aliis consiliis. Non debet ergo Theologus peioris conditionis esse, cum responsum ab utroque procedens eiusdem rationis sit. Neque oblat interrogantem ad pacandas conscientias, & ad alios supernaturales referre huiusmodi interrogationes: quia eius intentio non mutat actionem, quae per se ad id non ordinatur: solum enim tale responsum ordinatur per se ad illustrandum intellectum, & tollendam ignorantiam, ne aliquid fiat contra rectam rationem, & iustitiam.

6. Quartum munus est docere doctrinam Christianam: pro quo probabilius existimo posse pretium recipi, si solum instructio referatur ad iuuandum memoriam alterius, & exerceendam illamita Vgolin. tab. 1. cap. 10. §. 3. num. 3. Suar. cap. 18. fine. At si doceatur Christianus non solum ad iuuandum memoriam, sed etiam ad confirmandum eum in fide, & operandum iuxta illam: sine dubio talis instructio supernaturalis opus est, utpote ad supernaturalem finem ordinatum. Idemque a fortiori dicendum est de instructione infidelis, ut ad fidem conuertatur, & maxime si talis instructio facta est in baptismo: quia tunc est ministerium Ecclesiasticum: & ita tradunt communiter doctores sot. quae. 7. art. 1. fine. Suar. cap. 28. numer. 19. & 20. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 35. dub. 13. num. 78. & constabit ex iam dicendis.

7. De quinto munere Theologiae, quod est concionari, & infideles ad fidem persequere, & fideles in eius firmitate roborare, & ad eius obsequium incitare, absque dubio est. Simonia pro iis pretium recipere, tenet D. Thom. q. 100. art. 3. ad 2. & ibi Caietan. & quodlib. 2. art. 12. & in 4. dist. 25. quae. 3. art. 2. questione. 2. ad 4. & 5. & ibi Paludan. q. 5. Angel. Simonia 3. num. 9. Tab. num. 8. Hostiens. in sum. lib. 6. tit. 5. Lessius lib. 2. c. 35. dub. 13. n. 79. Suar. lib. 4. cap. 18. n. 2. aliis relatis.

Ratio est: quia sacra concio refertur primo, & per se ad mouendam voluntatem, & inclinandum illam ad bonum: est ergo ex parte finis maxime spiritualis. Ex parte etiam principij constat, cum praedicator sit minister Dei, & eius loco subrogati. Quocirca cum ipse Matth. 10. dixisset Apostolis, ut praedicarent regnum caelorum appropinquasse, & infirmos curarent, mortuos suscitarent, leprosos mundarent, daemones eiecissent, concludit *Gratis accepistis, gratis date*. Quae verba super omnia antecedenter eque cadunt, ac proinde sicut ex illis inferitur non posse Apostolos pretio daemones eicere, mortuos suscitare, nec miraculose leprosos mundare: ita neque posse verbum Dei praedicare.

PUNCTVM XI.

An labor reperitur in operibus spiritualibus, & obligatio ad illa pretio compensari possit absque simonia.

SVMMARIVM.

- 1 Pro labore operibus spiritualibus in intimè coniuncto, & ab illis inseparabilibus, plures censent recipi pretium posse.
- 2 Probabilius est oppositum.
- 3 Pro labore extrinseco, & cum operibus spiritualibus necessario annecto bene potest pretium recipi.
- 4 Quid pro labore impenso à familiari prelati, pro obtinendo tibi beneficium, ordinem, dispensationem, aliamque gratiam, vel iustitiam? Affirmandum est Simoniam esse ex iure postriuo.
- 5 Tria pro superioris doctrina intelligentia aduertuntur.

Ferri. à Castro Sum. Mor. Pars III.

D Vplex est labor in iis operibus, alius illis intimè coniunctus, & sine quo fieri non possunt accidentalis, & extrinsecus, & ab opere spirituali separabilis.

1. Non pauci doctores docuerunt pro labore operibus spiritualibus intimè coniuncto posse pretium accipi absque Simonia: ita Adrian. quodlib. 9. art. 1. in resol. lit. O. Altifidor. 3. part. quae. penult. de Simonia, Bonavent. in 4. dist. 25. art. 1. q. 4. fine. Maiol. ibi quae. 1. fine §. haftenus. Glossa in cap. significatum de Prebendis verbo itaque Iesuis. Clarus verbo Simon. n. 2. Atag. n. 6. conferuit ex parte. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 8. n. 53. & 54. Ratio huius sententiae est: quia Matth. 10. & Luca 10. affirmatur ministrantem in iis rebus spiritualibus dignum esse mercedem: est autem dignus mercede ratione bonorum spiritualium, quae aliis confert, neque ratione actionis, quam confert: si enim haec omnia posset sine vilo labore, & temporis diuturnitate conferte, nullam mercedem, pretiumve exigere posset. Ergo est dignus mercede pro labore, & tempore, quod infumit in facris faciendis, & quatenus illae actiones sacrae sunt sibi molestae, & aliarum actionum sibi vilius impediunt. Quia ratione maiori stipendio, & sustentatione dignus est, qui toto die audit confessiones, quam qui vna hora, & qui missam canit, quam qui illam recitat. Alias deterioris conditionis essent ministri Ecclesiae, quam actores, & negotiatores temporalium rerum, qui ob defatigationem, & tempus impensum, & tempus quod infumit, possunt aliquid ferre. Cur ergo priuati debent ministri, qui in negotiis salutis aeternae incumbunt?

2. Nihilominus tamen secunda sententia communior, & probabilior negat pretium recipi posse pro hoc labore intrinseco & necessario coniuncto operibus spiritualibus. Posse tamen recipi stipendium sustentationis, si alias actio spiritualis debita non sit. Teneat hanc sententiam, & late probat Duran. in 4. dist. 25. quae. 3. num. 10. Paludan. quae. 5. Syluest. verbo Simonia. quae. 9. Victor num. 29. Abbas in cap. tuam n. 4. de Simonia. Innocent. & Hostiens. in cap. 3. Ne prelati vires suas. Sous lib. 9. quae. 6. art. 1. Suar. pluribus relatis lib. 4. de Simonia. cap. 2. num. 5. & segg. Valent. disput. quae. 16. part. 2. vel. nihilominus. pag. 1639. Tolet. lib. 5. c. 88. n. 5. Gutier. canon. quae. cap. 29. num. 12. Manuel. verbo Simonia, cap. 48. conclus. 5.

Ratio est: quia labor intrinsecus operi nullam aliam estimationem habet praeter ipsum opus: qua ratione opus, cui maior labor annexus est, maiori pretio est dignum ceteris paribus. Ergo si opus de se inuendibile, sit etiam labor ei adiunctus, & ab illo inseparabilis: at omnes actiones sacrae iure diuino inuendibiles sunt. Ergo etiam labor adiunctus intendibilis erit. Exemplo declaro: si enim lapis aliquis pretiosus, cui annexa est aliqua proprietas prohibeatur emi, & vendi etiam proprietas prohibeatur emi, & vendi: quia non potest emi, & vendi proprietas per se sine lapide. Ergo cum iure diuino prohibitum sit emi, & vendi opus facrum, etiam labor, & defatigatio, quae illis necessaria, & per se sunt coniuncta, quasi quaedam proprietates prohibentur vendi: facitque ad id cap. si quis dicere 1. quae. 3. ibi qui horum alterum vendit, sine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum dereliquit.

Argumentum autem adductum pro prima sententia solum probat ministrantem in iis officiis dignum esse mercede, hoc est stipendio pro labore suscepto, & quo maior labor suscipitur, eo ceteris paribus dignior est maiori stipendio, non tamen probat illum laborem posse vendi, si quidem est supra omne pretium, utpote in rebus spiritualibus habitum, & susceptum.

3. Alij labores sunt accidentales, & quasi extrinseci actionibus sacris, quique a moraliter loquendo) necessarii non sunt ad actiones sacras efficiendas, v.g. agere iter vnus leucae ad dicendum factum, quando id non annectitur officio, vel beneficio, expectare quotidie per horam, vel aliud tempus ad celebrandum, dicere Missam statutis in certis locis, & ad hoc obligari, promittere extra. in studium ad concionandum, &c. Pro iis igitur, & aliis similibus pretium exigi potest, & pro obligatione ad haec omnia efficienda: quia sunt temporalia onera, & priuant laborantem aliis commodis temporalibus: colligitur ex e. significatum de Prebendis, & ibi Glossa: ita Ioann. Gutier. canon. quae. cap. 29. num. 25. Man. verbo Simonia, cap. 58. num. 5. Tolet. lib. 5. cap. 88. num. 6. Valent. disp. 6. qu. 16. p. 2. vel. sexta ergo, pag. 1639. & affirmat ita tenere communiter doctores absque vlla controuersa: confentit Suar. cum aliis lib. 4. cap. 21. num. 15. & 17.

4. Ad haec reducet aliquis laborem appositum à familiari, & priuato prelati in obtinendo tibi beneficium, ordinem, dispensationem, vel aliam simi'em gratiam, aut iustitiam. Quia videtur haec munera extrinseca esse spiritualibus, cum per se non requirantur ad illa: & ex alia parte videtur esse omnino temporalia: cum nihil aliud huiusmodi intercessiones sint, quam quidem fauor humanus pretio aestimabilis.

Ec Verum

Verum omnino dicendum est, Simoniam esse saltem ex iure postitum dare pecuniam, vel aliud quodvis donum familiaribus praelati, sub conditione, & pacto ut intercedant, & rogent praelatum, ut tibi beneficium, vel ordinem concedat, tenent hanc sententiam ferre omnes doctores cum D. Thom. q. 100. art. 2. ad 5. ubi docet ante ius acquisitionis in beneficio Simoniam esse iam sternere, ad illud obtinendum, tollendo impedimenta. Ergo à fortiori procurando, & influendo, clarius Bonavent. 4. dist. 25. circa. litt. dub. ult. Maior. ibi quæst. 2. ad 2. supplem. Gab. quæst. 2. art. 3. dub. 4. circa finem. Summittat omnes præcipue Syluest. verbo Simonia. q. 6. Tab. num. 8. Angel. Simonia. 3. num. 25. Nauar. cap. 23. numer. 106. vcl. ad quintum. & seq. & lib. 3. cons. 54. de præbendis, & in comment. de datis, & promissis notab. 32. n. 45. & cons. 56. & 57. de Simonia. Soto l. 9. q. 7. art. 3. Suar. aliis relatis lib. 4. c. 53. n. 14. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 8. num. 46. constatque manifestè ex cap. statumque 2. 1. quæst. 1. ubi Nicolaus Papa enumerat tres species ordinatum Simoniacè, & vna est quando Ordinanti nihil datur: sed mediatoribus. Idem constat ex cap. præsentium 1. quæst. 5. ubi Urbanus Papa cognoscit Simoniam commissam esse, eo quod pecunia data fuerit non Episcopo, sed mediator rogans, & inducens praelatum, ut tibi beneficium concedat, causa est moralis illius concessionis. Ergo si emi huiusmodi causam moralem, emi virtualiter effectum illi annexum, & ab illa dimanantem.

5. Aduertunt tamen Nauar. Suar. & Lessius supra non esse Simoniam, si pecunia detur his familiaribus pro labore suscepto in eundo, & redeundo ad collatorum beneficij, vel pro recompensatione alicuius damni si patiantur; vel pro recompensatione liciti si amittant? quia hæc omnia accidentalia sunt iis actionibus spiritualibus. Cauendum vero, ne munus excedat æstimationem talis laboris, vel damni secundum se spectati; aliàs Simonia committitur: si quidem ratione beneficij obtinendi crescit diligentiarum æstimatio, quod clarius constaret si quo pinguis esset beneficium, eo diligentiz plures æstimerentur.

Secundò aduertit Suar. cap. 53. num. 17. cum Adriano mediatorum assumentem curam prædicæ informandi praelatum de meritis talis personæ posse pro hoc munere pretium recipere. Quia in hac parte solum gerit officium advocati repræsentando merita personæ: pro quo officio dicemus posse pretium recipi, est tamen hoc periculosum; quia sæpe mediator excedit officium informantis, & officium exhortantis, & inducentis, plus quam merita personæ simpliciter repræsentata possent inclinare.

Tertiò aduertit idem Suar. supra cum omnibus doctoribus præcipue Paludano quæst. 5. non esse familiarem Simoniacam, si recipiat pecuniam solum, ut tibi aperiat ianuam, & facilem aditum attribuat, ut possit petere à praelato beneficium: quia hæc omnia non sunt spiritualibus connexa: imò affirmat non fore iniustitiam hæc dona recipere gratis oblata, vel si aliquid faciat familiaris vltra id quod tenetur.

PUNCTVM XII.

Vtrum venditio actuum pertinentium ad iurisdictionem Ecclesiasticam internam, & externam fore sit Simonia.

SVMMARIVM.

- 1 Pro nullo exercitio ordinis, & potestatis spiritualis potest pretium recipi.
- 2 Sacerdos absolvens indignum pro pecunia Simoniam committit.
- 3 Sacerdoti iniuste nolenti absolvere à peccato, vel censuris potest pecunia dari, ut à praua voluntate desistat non in pretium absolutionis.
- 4 Idem est dicendum de dispensatione obseruationis festorum.
- 5 Qualiter parochus pro assentia in matrimonio possit pecuniam recipere.
- 6 Pretio constituti non potest index Ecclesiasticus, siue ordinarius, siue delegatus.
- 7 Proponitur quadam obiectio: & fit illi satis.
- 8 Pro muneribus, & officiis iurisdictionem temporalem habentibus pretium absque Simonia recipi potest: sed non est licita horum officiorum venditio ex legibus nostri regni.
- 9 Pro collatione, institutione, possessione concedenda non potest pecunia etiam in sustentationem recipi, nisi ex antiqua consuetudine habeatur in pios vsus conuertenda.
- 10 Pro dispensatione in votis, iuramento, impedimentis matrimonij, aliisque legibus Ecclesiasticis non potest

- pecunia etiam in sustentationem dispensationis concessa recipi absque Simonia iuris Ecclesiastici.
- 11 Possunt tamen sic dispensantes dispensationem imponere omni dandi elemosynam aliquam.
 - 12 Ordinarij, aliique officiales exigentes dispensationem à Sede Apostolica concessam non possunt pro examinatione testium alteriusque laboris in eius expeditione pretium, vel pecuniam in sustentationem recipere.
 - 13 Triasunt pro superiora doctrina intelligentia aduertenda.
 - 14 Pro patrocinio in causis spiritualibus bene potest pretium recipi.
 - 15 An pro testimonio dicendo pretium recipi possit?
 - 16 Pro omissione pertinentem ad potestatem spirituales pretium recipi non potest.
 - 17 Negare absolutionem à peccatis pro pecunia à tertia persona recepta, Simonia est.
 - 18 Non videtur esse, si negat confessionem audire, vel Missam dicere, esse ad id sit obligatus.
 - 19 Idem videtur de negatione licentia, ut alteri conferatur.
 - 20 Quid de omitente denunciare peccatorem cum ad id ex officio obligetur? Affirmant aliqui Simoniam esse.
 - 21 Probabilis est oppositum.

1. Pro nullo exercitio ordinis, & potestatis spiritualis potest pretium recipi, tenent omnes doctores ex cap. Ad nostram de Simonia, cap. Non satis, c. cum in Ecclesia, c. cum sit Romana, & aliis de Simonia.

2. Ex hoc principio inferitur sacerdotem absoluentem indignum, & indispotum absolutioni, si pro pecunia faciat esse Simoniacum; nam esto non vendat verum actum spiritualem, absolutio data nulla est; vendit tamen quemdam vsum, seu potius abutum spiritualis potestatis: & hoc videtur ad Simoniam sufficere: & tenet Suar. lib. 4. cap. 19. num. 2. & satis constat ex cap. Nemo, de Simonia; ibi: nequaquam penitentem, vel minus digne penitentem gratia, vel fauore ad reconciliationem adducat; &c. Idem est dicendum de Sacerdote accipiente pecuniam pro leui, vel graui penitentia imponenda; quia est actus iurisdictionis à potestate ordinis: sic Suar. supra num. 4. ubi optimè aduertit sacerdotem penitentem in satisfactionem aliquas elemosynas pro pauperibus, vel Missis dicendis imponens, Simoniam committit, si penitentem cogat, & quasi obliget pro absolutione, ut sibi applicet fecus vero, si solum desiderium suum, & voluntatem dicendi Missas manifestaret, cauendum tamen esse (ait) scandalum, & minimum appetitum lucri, & auaritiæ, & ideo talem vsum regulariter esse vitandum, meritoque in aliquibus Episcopatus, & religionibus prohiberi.

3. Quod dictum est de absolutione à peccatis, dicendum est de absolutione à censuris: esse quidem Simoniam pro pretio fieri quia est actus à potestate supernaturali: habetur de absolutione à suspensione, vel interdicto in c. Nullus 124. 1. quæst. 1. de absolutione ab excommunicatione in c. Ad aures de Simonia, & sumitur ex generali reg. c. ad nostram eodem titulo, & traditur in leg. 6. & tit. 17. part. 1.

Quod si aliquis per iniustam censuram veretur, neque velit sacerdos cum absolvere, nisi accepta pecunia, exitum dari posse absque Simonia: si detur ad tollendum prauum affectum, & appetitum iniuste negatis absolutionem: quia tunc est quædam redemptio vexationis: & ita tenet Glossa in cap. Ad aures, & cap. dilectus de Simonia, & in cap. quæstionum. 1. q. 3. Redoan. 3. p. c. 21. m. 6. & consentit Suar. lib. 4. c. 19. m. 8. Aduerto tamen, si facili negotio absolutionem à superiore potes impetrare, non posse tunc tribuere pecuniam illi sacerdoti, quia teneris ex charitate proximi peccatum vitare, quando commodè potes. Si vero necessarium sit pro absolutione obtinenda à superiore tempus expectare, non censetur obligatum esse; quia graue damnum est manere te ligatum censura etiam vnico die: ac proinde ob vitandum huiusmodi damnum poteris pecuniam sacerdoti iniuste neganti absolutionem, tribuere.

4. Ad hæc reducit Suar. illo d. 19. n. 11. licentias, vel quæsi dispensationes, quas possunt dare parochi suis subditis in ordine ad præceptorum obseruationem, vel excusationem, ut v. g. laborandi die festa, comedendi cibos vetitos, &c. nam siue hi actus fiant per propriam iurisdictionem, siue per authenticam approbationem causæ excusantis, procedunt à potestate spirituali, & sunt actus proprii officij.

5. Solum de assentia parochi ad matrimonium esse potest difficultas, an pro illa possit pretium recipere; Et aliqui dicunt, esse iniustus sit, si petat quod sibi non debent, ex consuetudine non fore Simoniacum: quia non exercet actum ordinis, neque iurisdictionis: cum ab excommunicato, & non ordinato (secundum probabilem sententiam) valide exerceatur, sed assitit sicut alius testis, qui etiam pro sua assistentia pecuniam expolita

expofultant, Simoniaci non effent. Nihilominus probabilius exiftimo cum Suar. lib. 4. c. 19. circa finem effe Simoniam iuris diuini, fi in pretium exigat pecuniam. Probo, quia illa allicita ex institutione Ecclefie est annexa officio parochi, & videtur expofultata, quia contractus ille sanctus est, & Sacramentum. Ergo reducit ad ministerium Ecclefiafticum; ac proinde Simonia erit pro illo pretium recipere.

Aduerto tamen fi ex allicita matrimonij, vel benedictione nuptiarum aliquid emolumentum, aut fpendium foleat parochio euenire, poffit abfque Simonia noie dare licentiam alteri alliciti matrimonio, vel benedictioni nuptias, quin fibi emolumentum, quod fperabat, compenfet; quia tunc non petit pecuniam pro licentia concedenda, fed petit pecuniam vt fe in dementem fciat: & ita tenet Syluett. verbo *Simoniaci* n. 8. §. secundum, Man. Rodrig. c. 58. n. 10. Arag. q. 100. art. 2. in fine pag. 1113. & idem affirmant fupradicti doctores de licentia concionandi, & admittendi quolibet aliud Sacramentum.

Rufus de actibus Ecclefiaftice iurisdictionis pertinentibus ad externum forum dicendum est, in quibus aliqua funt certa, alia fub dubio.

6. Certum est non poffe Vicarium Epifcopi, neque aliquem iudicem fpiritualium, fiue ordinarium, fiue delegatum, neque Vicarium Ecclefie, neque capellanum pretio conftitui, fiue pretium detur ex parte accipientis iurisdictionem, fiue ex parte dantis; quia quocumque modo fiat, Simonia committitur, quia est actus potestatis fpiritualis & fpecialiter probatur ex cap. ad noftram, de Simonia: ubi mandamus quatenus pro ministerio Ecclefiaftico exercendo, fiue pro vicariis assignandis nullatenus pecuniam exigatis. Idem habetur, in cap. confilere eodem tit. & in leg. 8. tit. 17. part. 1. imò neque Prælatus potest accipere pecuniam, vt hunc potius, quam illum in vicarium conftituit: accipere enim pro fua deleganda potestate: ita exprefse Suar. c. 26. n. 1. in medio. Deinde non potest vendi ius eligendi ad dignitates, aut Ecclefiaftica beneficia, neque ius confirmandi electionem, aut conferendi talia beneficia, aut instituendi in iis: quia hæc omnia pertinent ad iurisdictionem fpiritualem, fi quidem actus ab illis procedentes fpirituales funt, ad eò vt iustum ius folum propter actus æftimabile fit. De iure præferendi infra tractabitur, an vendi poffit.

7. Sed oblicies, in curia vendi clericatum cameræ, & auditoratum cameræ: quæ funt munia conftituta ad Ecclefiafticam iurisdictionem exercendam vice Pontificis.

Repondeo in iis officiis, fiue in quolibet beneficio duo effe confideranda. Primo iurisdictionem fpiritualem. Secundò emolumentum temporale ex illa proueniens: & licet hoc fecundum non poffit vendi, quatenus primo coniunctum est, vt conftat ex cap. si quis obierit 1. q. 3. hoc tamen est ex prohibitione iuris Ecclefiaftici, in quo Pontifex difpenfat, ac proinde abfque Simonia facit, vt illa officia vendantur fecundum temporale quod habent: fumiturque ex c. vlt. Ne prælati vires fuas, vbi Abbas Angel. *Simonia* 2. n. 25. Suar. lib. 4. c. 20. num. 6.

8. Alia funt munera, & officia pro iurisdictione temporalis exercenda, qualia funt decurionatus, & iudicatura temporales alicuius populi, in quo Prælatus Ecclefiaftici habent iurisdictionem temporalem: hæc enim officia fi vendantur, nulla est Simonia; quia nihil fpiritualis habent. An autem licita fit eorum venditio, vel locatio: Breuiter refpondeo, feclufa lege pofitiua licite, dum modo benemeritis conceduntur, & moderato fpendio. At quia legibus noftri regni prohibita est venditio horum officiorum abfque Regis licentia, leg. 2. r. 5. lib. 2. *ordinamus*, c. tit. 13. leg. 6. c. 16. c. tit. 14. leg. 2. c. leg. 3. c. 15. tit. 15. leg. 14. c. tit. 16. leg. 4. ea de caufa credo peccatum Epifcopum hæc officia vendentem, pro qualitate obligationis, quæ leges ciuiles recipientes bonum commune tenent feruare. Non tamen caret probabilitate fupradictas leges folum de officiis vendendis a perfonis faecularibus, Ducibus, Marchionibus, aliisque fimilibus Principibus loqui. Quia non poffunt difponere de iurisdictione, bonique temporalibus perfonatum Ecclefiafticam.

9. Secundo certum est, capitulum, aut alios prælatos nihil omnino poffe exigere pro collatione, electione, institutione, vel poffeffione concedenda non folum in pretium, fed neque etiam in fuffentationem, nifi ex antiqua confuetudine folita funt hæc in pios vfus conuerti: aliquin erit Simoniacus, & incurret penas Simoniacorum: ita Trident. feff. 24. c. 14. de reformat. & probat latè Garcia pluribus doctores, & decifionibus relatis §. p. de benef. c. n. 75. c. 83. & ibi congregatio Concilij prius refert Farinac. volum. 4. pag. 87. colum. 2. imò Pius V. declarauit Epifcopum, qui aliquid efl dulciora (duntaxat) exigit in receptione alicuius in canonicum effe fufpenfum a Pontificalibus, & capitulum talia exigens fubiacete interdico; faeculares autem perfonas fententia excommunicationis referuata, & eos qui fit aliquid acciperent ad refufutionem accepti teneri, vt patet ex Bulla Pij V. quæ incipit: *Durum Fera*, à Caffro. Sum. Mor. Pars 111.

nimis, publicata Kalend. Iunij 1570. Aduertit tamen Leflius lib. 2. c. 35. dub. 18. n. 111. fine paffim non obferuari, & omnino ignorari: effo Concilium Epifcopis mandet, vt in executionem deducant.

Deinde circa fupradictum decretum concilij facra congregatio conluit non poffe fieri de nouo ftatutum vt aliquid foluarur etiam a nofter recepto in vfum pium, veluti pro fabrica, vel facillita, nifi fuerit a Pontifice per certam fcientiam approbatum, & confirmatum, &c. tradit Gutier. *canon. 99. lib. 1. c. 19. n. 28. Nauarr. c. 23. n. 101. verf. 11. Garcia aliis relatis, & decifionibus adductis §. p. c. 1. n. 87. Notorij verò, & alij officiales, etiam fi illis falarium conftitutum fit poffunt abfque Simonia pro fuo labore in danda poffeffione beneficij, feu actus illis pretium recipere: quia fupradictis decretis id non cauetur: tenet Garcia fuprà n. 80.*

10. Aliud munus Ecclefiaftice iurisdictionis est in votis, iuramentis, impedimentis matrimonij, aut quibufvis legibus Ecclefiafticis. Pro quo muneie affimandum est, non poffe abfque Simonia exigi pecuniam etiam in fuffentationem difpenfantis: fed gratis hæc omnia effe concedenda: eff certa conclusio ex Concil. Trident. feff. 22. c. 5. c. 5. de reformat. c. 5. feff. 25. c. 18. & probat D. Thom. q. 100. art. 3. ad 2. Leflius lib. 2. c. 35. dub. 9. n. 57. Suarez c. 20. n. 8. Ledetina 2. p. tractat. 12. conclus. 9. Garcia §. p. c. 1. n. 100.

Solum oblicies potest ffylum curiæ: vbi pro difpenfationibus pecunia exigitur. & quo grauior eff difpenfatio eo maior quantitas expofultatur, vt pro difpenfatione in fecundo gradu, magis quam in quarto, & in impedimento confanguinitatis, potius quam in impedimento affinitatis, aut honestatis, quæ omnia videntur effe contra ius commune cap. 1. de Simonia, cap. ficut Epifcopum, 1. quæft. 2. & Trident. fuprà. Refpondet potest Pontificem effe fuprà ius commune, atque adeo ex eius conceffione, expofultari pecuniam non in commutationem difpenfationis, & gratiarum, quæ conceduntur in Romana curia: hoc enim effet Simonia contra ius diuinum: fed petitur pecunia in fuffentationem Pontificis, & officialium, quod abfque Simonia fieri potest ex difpenfatione Pontificis, confuetudine approbante: & ita tradit Suarez lib. 2. cap. 20. numer. 13. cum Rodoano 1. p. cap. 25. numer. 4. Garcia §. p. c. 1. num. 101.

11. Ordinarij autem efl pro iis difpenfationibus pecuniam exigere nullatenus poffunt, poffunt tamen (vt bene aduertit Leflius illo cap. 35. dub. 9. num. 57. & idem eff de quolibet alio difpenfante) imponere difpenfatio vnus largiendi elemofynam pauperibus, vel monafterio: quia Concilium folum prohibet exactiorem pecuniarum pro ipfa difpenfatione, non tamen prohibet, quin via commutationis aliquid exigant: quod maxime verum habet, fi in votis, aut iuramentis, & feftis fiat difpenfatio & debita non fit. Et eadem ratione fi difpenfatio fupponat culpam, poffunt difpenfantes in illius pecuniam præcipere aliquam elemofynam, vt tamen hæc omnia ab omni labe Simonia, & illius fpecie immunia funt: aduertit optime Suarez lib. 4. cap. 20. numer. 15. prælatum non fibi, fed pijs operibus elemofynam applicate debere. Idem fchit Manucl. Rodrig. 2. r. sum. c. 48. num. 4. cum Panormit. & Courtau. in c. Alma mater, 1. p. §. 11. n. 10. & D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 3. Soto lib. 9. q. 3. art. 1. ad 3. Nauarr. c. 23. n. 102. & facit lex 1. tit. 5. lib. 8. noua compilat.

12. Sed inquires An ordinarij, & alij officiales, quibus à Sede Apoftolica committuntur difpenfationes matrimoniales, & alia poffunt pro labore, & receptione, & examinatione teftium aliqui exigere?

Refpondet Thom. Sanchez lib. 8. de Matrim. diff. 35. n. 21. & Salas de legib. diff. 20. feft. 10. in fine. recipi poffe quiddid eff introductum confuetudine. Nam efl in recepto hatum difpenfationem habeatur, vt omnis fpec cuiufcunque muneris, & præmij etiam fponfe oblari deponatur; non obinde fit, non poffe laboris impenfi fpendium recipi: nam fpendium non habet propriè rationem muneris, neque præmij. Nihilominus tamen omnino dicendum eff cum Garcia, 7. p. num. 102. & Nauarr. lib. 1. Confil. in 2. edit. tit. de Refcript. 100. conf. 11. Zorola in praxi Epifcop. 2. p. verbo delegatus §. 2. p. verbo difpenfatio, §. 1. & Marco Antonio Genuefi. in praxi Archiepifc. curia Neapolit. cap. 25. n. 13. Nihil poffe etiam in fpendium ab ordinato recipi pro examinatione teftium, verificandifque narratis, &c. Solum notario pro examinatione teftium, & aliarum rerum informatione permittitur accipere poffe quartam partem aurei, feu ducati, & contrarium faecientes pœna excommunicationis referuata innotantur: vt conftat ex verbis apponi folitis in fine ipfarum litterarum: & in litteris difpenfationem pro pauperibus cum copula, additur difpenfationis expeditionem nullius effe roboris, & momenti, fi gratis omnino non fecerit.

Neque poffunt fupradicti excufari affimando fpendij receptionem non effe prohibitam, fed folum muneris, & præmij, quæ in idem videntur incidere. Nam fi refte illa verba expendantur, nomine muneris intelligantur donatiua
E c 2 vulgo

velgo *Cochos*: & nomine præmij vocatur stipendium, & merces debita pro labore, sicut recte certantibus promittitur præmium vitæ æternæ. Et ita explicat Fatnac. *vol. 4. f. 22. c. 3. de reformat. ver. cognoscatur*, pag. 51. & Garcia *suprà*: ubi adducit plures declarationes pro hac sententia neque rursus excusati possunt aliqua consuetudine, ut ex quadam declaratione, quam adducit Garcia *illo cap. 2. num. 103.* circa Vicarios Archiepiscopi Burgenfis constat, & quia est inerrupta per dictum decretum: neque iurare potest contra speciale decretum, & mandatum Pontificis denuo productum post ipsam consuetudinem. Fateor, si consuetudo legitime introducta est, non derogari per decretum, nisi illi fiat expressa mentio.

13. Aduerto tamen. Primò, si necessarium esset ordinaris, vel aliis dispensantibus exire à suo domicilio pro examinandis testibus, verificandaque narratiua, poterit pro hoc labore pecuniam recipere. Idemque est dicendum, si partes peterent transumptum instrumenti dispensationum. Tenet Garcia & Genuent. *suprà*.

Secundò aduerto receptionem pecuniæ in stipendium pro supradictis muneribus, & officiis, esse illicita sic, non tamen esse simoniam, sed tunc peccatum, quia in iis decretis non videtur prohibita sub hoc titulo, & ratione.

Tertiò, dico receptionem pecuniæ in expeditione aliarum dispensationum: à causa matrimonialium non esse prohibitam, si recipiatur pro stipendio laboris impensis in examinandis testibus, aliisque officiis præstantibus: & in hac parte consentio cum Salas *suprà*.

14. Supradicti annecti potest patrocinium in iudicio in causis spiritualibus, pertinet enim ad complementum Ecclesiasticæ iurisdictionis. Pro hoc tamen munere conveniunt omnes Doctores, ut testatur Suarez *lib. 4. de Simonia, capit. 53. numer. 9.* posse pretium recipi, & idem esse de procuratore: Ratio est, quia hæc munera non sunt à potestate spirituali, neque ab aliquo habente illius iurisdictionem: imò sunt munera temporalia, & antecedenter annexa rebus spiritualibus: & ita obtinuit praxis, & totius Ecclesiæ consuetudo. Qua ratione in *cap. non sanè 14. quest. 5.* abque vlla distinctione dicitur licere aduocato patrocinium suum vendere.

15. Pro testimonio autem exhibeado, aliqui affirmant simoniam esse si pretium exigatur quia testificatione paratur via ad beneficium, potius quam intercessione: & ita tradunt Parnormitan. in *c. tu nos, n. 6. de Simonia*, & ibi Hostiens. & Felinus *num. 4.* D. Antonin. *cap. 5. §. 17. notab. 1.* Tabiena *num. 47.*

Verum distinguendum est cum Suarez *lib. 4. de Simonia, c. 53. num. 11.* vel ex parte dantis pecuniam, vel ex parte recipientis. si enim testis nolenti testificari veritatem pecuniam tribuas, simoniacus non est quia tribus ob redimendam vacationem, quod tibi licet: ipse tamen testis iniustitiam committit iuxta doctrinam Augusti. in *cap. n. n. sanè 14. quest. 5.* & D. Thom. 2. 2. *quest. 16. art. 4. ad 3.* quem omnes Theologi sequuntur, & Turricemata in *cap. qui rectè, quest. 3.* nisi excusetur pro labore aliquo, aut incommodo compensando, si forte illi evenit ex tali testificatione. An vero committat simoniam, si accipiat pro testificatione veritatis mihi sanè dubium est quia testificatio veritas, v. g. in aliqua lite beneficii, nihil aliud est quam quædam manifestatio, & comprobatio iuris, quod habes circa tale beneficium: at qui assumeret munus informandi prælatum, & que manifestandi veritatem, non esset simoniacus. Ergo neque testis debet esse: & hoc sine dubio procedet, si pecuniam expostulet non in commutationem suæ testificationis, sed in stipendium: quia hoc expressè non cavetur aliquo iure positivo.

16. Tandem dicendum est de omissionibus pertinentibus ad potestatem spirituales: cum enim iurisdicção tam interni, quam externi fori exerceri possit, non solum concedendo spiritualia, & beneficia, sed etiam negando illa efficitur committi simoniam, quoties negatio alicuius actus spiritualis procedit à potestate spirituali: & ita tradit cum communi Doctorum sententia Vgolinus *tab. 1. c. 40. §. 3.* Suarez *lib. 4. de Simonia c. 22. à num. 4.* Lessius *dub. 2. c. 35. dub. 1. n. 64.* & decidit manifestè in *c. Nemo de simonia: ubi glossa, & Panormit. num. 6. & in c. Nullus Episcopus, c. sunt quidam v. g. 1.* & ibi glossa, Archiepiscopus, Præpositus, & Turrecrem. Difficultas autem est in assignatione harum omissionum. Ut autem hoc intelligatur, apponamus aliqua exempla ex quibus generalis doctrina percipi possit.

17. Et quidem in iurisdictione fori interni datur simonia, si post auditam peccatorum confessionem deneges penitentem absolutionem pecunia accepta à tertia persona. Quia est actus à potestate clauium, cuius proprium est solvere, & ligare: & habetur expressè in *c. Nemo presbyter*: ibi. Ne quemquam penitentem gratia, vel favore ad reconciliationem adducat, vel quocunque favore dignè penitentem à confessione remoueat; quia simoniacus est utrumque: & tenet expressè

Lessius *suprà, & Suarez, c. 21. n. 9.* Simile est in iurisdictione fori contentiosi, si cum tenearis absolueret ab aliqua censurâ, nolis absolueret, censuris enim virtualiter continue censuram, & actum iurisdictionis exercere: & ita notavit expressè Lessius *dub. 11. n. 64. fine: & Suarez, suprà, c. 21. n. 9. c. 21. n. 9.* Idem videtur dicendum, si corruptus pecunia, contra criminolum non procedas, tacite enim condonas delictum, aut si iuste appellanti deneges appellationem, in iis enim casibus non solum est negatio vltus iurisdictionis, sed potius est illius moralis vltus, ut bene Suarez *c. 22. n. 16. fine.*

18. Alia sunt exempla in quibus DD. non consentiunt: Primum est de parochio obligato, dicere sacrum parochianis; illòque confiteri: si propter pecuniam omittat sacrum, aut confessionis audientem negentur in iis casibus tenet Vgolinus *tab. 1. c. 40. §. 2. & 3.* esse simoniam. Verum probabilis censio non esse; quia tunc non videtur exercere iurisdictionem, sed negare vltus illius: & ita tenet Suarez *lib. 4. cap. 22. n. 3.* Lessius *lib. 2. c. 35. dub. 1. n. 64. circa finem.*

19. Secundum exemplum est, si parochus, vel prælati propter pecuniam neger subdito iuste petenti licentiam, ut vtriusque confiteatur, &c. in quo casu tenet Suarez *suprà, num. 6.* cum Vgolinus *tab. 1. c. 36. §. 3. n. 6.* probabilis videtur esse simoniam. Minus tamen contrarium videtur dicendum; eo quod huiusmodi negatio non sit exercitium potestatis, sed potius non vltus illius, sicut quando negat administrationem sacramenti, nullam in his casibus specialem iurisdictionem inuenio.

20. Tertium exemplum est de actu non denunciandi peccatorem. Et quidem quando ex officio ad denunciandum non teneris, simoniam non committis: quia celatio peccatoris non est à potestate aliqua spirituali. Difficultas tamen est, si ex officio teneris denunciare, ut si parochus suis, & parochianis in Parochia non communicat, & pro pecunia accepta hunc parochianum non manifestet Episcopo: quod facere poterit, si scribas eum, qui non communicavit inter eos qui communicarunt, aut si scribens non communicantes omittas illum qui pecuniam dedit.

In hoc casu videtur docere D. Thom. 2. 2. *q. 100. art. 3. ad 3.* committi simoniam, quatenus ait pastores non posse pecuniam recipere, ut subditum corrigant, vel à corrigendo cessant: Glossa, & Panormit in *c. Nemo de simonia*: Antonius, Syluester, Paludanus, Vgolinus, & alij relati à Suarez, *lib. 4. c. 22. n. 15.* ubi habent sententiam reputat probabilem, & reddit rationem: quia parochus omittens hanc denunciationem abutitur suo munere, & quasi iurisdictionem, & quantum in se est, impotentem absoluit, & à censura liberat, per talem abusum propter pecuniam. Insuperque probatur ex *c. Nemo de simonia*: ubi prohibetur peccatoribus, ne à peccatore publicè aliquid accipiant, ut eius peccatum Episcopo, aut eius ministris celebretur: autem hæc prohibitio sit sub titulo de simonia videtur simoniacum esse.

21. Nihilominus dicendum est, ut probabilis omissionem huius denunciationis simoniacum non esse, tenet hanc sententiam Innocentius in *suprà cap. Nemo* ubi explicat loqui text. de similitudinaria simonia, non de propria: consentiunt ibi Hostiensis, & Lessius *lib. 2. capit. 35. dub. 1. num. 64. §. neque obstat, Suarez lib. 4. cap. 22. numer. 14.* propendit magis in hæc sententiam. Ratio est, quia est parochus omissionem denunciationis liberet subditum à supplicio, non tamen in hac liberatione iurisdictionem exercet, cum non absoluat penitentem, neque propriè liberet à censura incurta. Caput autem *nemo de Simonia* contrarium non est huic nostre conclusioni: quia ut optime expendit Suarez *suprà d. loc.* hic textus duas habet partes vnam à principio, vltimam ad verum *Ne quemquam* exclusivæ, aliam in toto illo versu vsque ad finem: priori ergo prohibetur presbyteris ne accipiant aliquod temporale propter celebrandum publicum peccatorem Episcopo vel ministris eius: & in hac parte nullum est verbum de Simonia. Unde videtur illud prohibendum, tanquam contrarium bonis moribus & officio clericorum, non tamen vt contrarium religioni, & simoniacum. In secunda autem parte prohibetur clericis reconciliare quempiam, vel reconciliationem alicui negare propter pretium: & redditor ibi ratio, quia simoniacum est utrumque. Quæ verba (ut bene Suarez) non referuntur ad priorem partem capituli, sed tantum ad hanc posteriorem: nam vox *illud* utrumque duas tantum partes complectitur, quæ debent esse proxime præcedentes. Ergo non cadit in eas, quæ tenent præcesserunt. Alias si Pontifex voluisset omnia præcedentia complecti, cum illa sunt plusquam deo, non debere dicere, *quia utrumque*, sed quia omnia hæc simoniacæ sunt. Quod si aliquis inisset, si vicium prohibuit sub titulo de simonia? Respondet Suarez *suprà, num. 14. fine*: non omnia prohibita sub illo titulo esse propriè simoniacæ, sed quædam obiter adiungi propter analogiam aliquam.

An beneficium Ecclesiasticum vendi possit absque
Simoniam?

S V M M A R I V M.

1. Quid nomine beneficii intelligatur.
2. Certum est inuendibile esse.
3. Sed an ex iure diuino hoc contingat? Alij affirmant, alij negant, & sententia conciliantur.
4. Proponitur obiectio, cui fit satisfactio.
5. Fructus beneficii possunt à beneficio locari, & vendi pro vita, si secludamus extrauag. Ambrosios.
6. An pensiones possint vendi, & redimi absque simonia? Proponitur dubitandi ratio.
7. Duplex est pensio alia laica, alia Ecclesiastica: laica vendi potest.
8. Ecclesiastica, quae multiplex est, nequaquam absque simonia vendi potest.
9. An vero possint haec redimi propria auctoritate? Negant plures.
10. Contrarium videtur probabilius. Esho ex stylo curia auctoritate Pontificis semper exposuletur.
11. Religiosus beneficium cum onere pensionis non potest pacifice, ut pensio redimatur.
12. Quod dicitur de pensionibus Ecclesiasticis dicendum est de praesimoniam.
13. Commenda spirituales nequaquam absque simonia vendi possunt, bene temporales in his tamen vendendis committi potest iniustitia.
14. Coadiutoria beneficiorum & capella non erecta auctoritate Episcopi possunt pecunia obtineri absque simonia.
15. Quid de hospitalibus dicendum est.

Hucusque de spiritualibus per se sermonem fecimus, pergitur explicare ius annexa, Annexa spiritualibus vocantur beneficia; quia propter officium spirituale conferuntur.

1. Et in primis suppono beneficium esse ius recipiendi fructus annuos de Ecclesiasticis bonis ratione alicuius ministerij Ecclesiastici; na communiter DD. & constat ex Rebuff. in praxi benef. cap. quod sit beneficium; & sumitur ex cap. 1. de Ecclesiasticis adificandis. Et alij, & cap. ult. de Rescript. lib. 6. Dicitur beneficium dari propter officium; & quod non possit in alium transferri beneficium, quin simul onus ad officium transferatur. Comprehendit autem haec vox beneficium Ecclesiasticum, Episcopatum, Abbatiam, Prioratum, Archidiaconatum, & alias Ecclesiasticas dignitates canonicatus, vicarias perpetuas, & alia huiusmodi: de quibus videndum est, an sint inuendibilia non solum ex iure Ecclesiastico, sed etiam ex iure naturali, & diuino.

2. Certum est secundum omnes DD. beneficium inuendibile esse iure diuino, quia parte importat ius administrandi spiritualia, quae a tale ius spirituale, & sacrum est, & a Christo institutum. Iure autem positio inuendibile est, quia parte est ius obtinendi fructus, ut constat ex c. ult. de Partis. c. super eo de Transact. c. guerel. m. c. Tua nos de Simon. & c. unico, ut Ecclesiasticis beneficiis, & i. q. 3. ferè per totam.

3. Controuersia tamen est inter Doctores, An iure diuino hoc sit prohibitum? Theologi communiter affirmant, Canonistae negant, ut videtur in Suarez t. 1. de Relig. lib. 4. cap. 24. num. 7. & Valent. disp. 6. q. 16. p. 2. vers. septima quaestio est, pag. 160. At tunc attendit considerata ut dicit Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 2. num. 18. & seq. utraque sententia veritatem habet. Si enim beneficium accipitur, quatenus est ius ad annuos fructus obtingens per officium sacrum, cum officium sacrum, & ius administrandi spiritualia inuendibile sit, etiam est inuendibile ius ad annuos redditus, quod medio illo officio, & iure spiritualia consequitur, & consequenter vera est absolutè sententia Theologorum affirmantium beneficium vendi prohiberi. Verum quia Summus Pontifex potest praebendam, seu fructus beneficii, & ius illa recipiendi à titulo spirituali, hoc est à iure administrandi spiritualia separare, & tunc conferre huiusmodi ius spirituale, alteri vero, vel sibi applicate ius recipiendi fructus illius tituli, ut contingit quotidie cum pensiones assignat, poterit pensionem illam, seu fructus, quos extrahere vult à titulo spirituali, velle ut accipiens beneficium ita redimat, & sibi conferat, alias non collaturus beneficium. Quod autem haec possit Pontifex, constat; quia ipse solum tenetur conferre beneficium sustentationem tribuere. Ergo, si aliunde huiusmodi sustentationem conferat, poterit omnes fructus assignatos illi beneficio sibi applicare, poterit iam sibi applicatos poterit vendere, si quidem non vendit aliquid, quod sit simpliciter spirituale.

Ferd. à Castro. Sum. Mor. Pars III.

Ex hac doctrina fit, beneficium formaliter esse inuendibile, si quidem non venditur ius recipiendi fructus medio spirituali officio contingens, quod erat necessarium ad venditionem beneficii, sed venditur ius recipiendi fructus, quod Pontifex sibi poterat referuare.

4. Dices, conuinci saltem gratis non dari ius administrandi spiritualia; si quidem petitur pro illius datione redemptio fructuum illi iuri annexorum. Respondeo, redemptio fructuum non obstat gratuita donationi, quia non datur redemptio fructuum pro iure administrandi sacramenta, sed pro fructibus recipiendis, quos poterat Pontifex sibi referuare. Vnde fit, non posse à Pontifice in datione beneficii, exigere plus quam fructus illius beneficii moraliter aestimantur, quos extrahere possit Pontifex, sed conuincitur exigi pro illo iure spirituali donato. Inferiores praetati, quibus non est facultas separandi fructus à titulo beneficii, si in eius datione petent pecuniam sibi dari pro fructibus, quos concedunt conuincuntur sanè pecuniam petere pro ipso titulo; si quidem ratione illius habent fructus recipiendi: ita Suarez c. 24. n. 41. & Lessius c. 35. dub. 2. n. 20.

5. De fructibus beneficii probabilius est posse à beneficiario pro sua vita locari, & vendi; ut tenet Panormit in cap. querelam. Ne praetati vices suas, cum Hostiensis, & Frederico, & Syluest. verbo. simonia, §. 14. Tolet. lib. 5. c. 9. num. 6. & latius diximus, cum de alienatione rerum Ecclesiasticarum egimus. Neque obstat extrauagans Ambrosios de rebus Eccles. non alienandis edita à Paulo II. vbi cautetur, ne vitra triennium locentur sub pena excommunicationis, & priuationis beneficii: quia nullibi ferè est recepta ut testatur Nauarr. cap. 27. num. 146. & Caietan. verbo excommunicata. & Tolet. supra.

6. Ex hac generali doctrina ad particulares materias, in quibus est aliqua difficultas, oportet deuenire.

Primo igitur dubitatur; an pensiones possint vendi & redimi absque simonia? Ratio dubitandi est; quia non videntur esse beneficia Ecclesiastica, c. quamuis de praebendis in 6. ibi: ei non in pensione, sed in beneficiis Ecclesiasticis volumus prouideri: & tenent communiter Doctores ibi: ut videtur est in Gaspar, q. 28. de pensionibus in princ. & in multis, quos refert Suarez lib. 4. c. 26. n. 1.

7. Pro resolutione aduerte duplicem esse pensionem; alia quae dari potest laicis ad officium temporale verbi gratia ad pulsandum campanas, curandum infirmos, canendum liguram in choro. Et de hac certum est non esse simoniam, neque iuris diuini, neque humani, si vendatur, vel redimatur. Quia haec pensio non est annexa titulo spirituali: si quidem neque ex parte subiecti, neque ex parte finis spirituale aliquid minus requirit. Quod vero illa portio extracta sit ex aliquo titulo spirituali, scilicet ex beneficio, in causa non est, quominus temporalis sit, & vendibilis, sicut tertiae decimarum Regi concessae extractae sunt ex beneficiis; & tamen quia ad nullum officium spirituale ordinantur vendi possunt, & de facto quotidie venduntur: & ita tenent contra Rebuff. de pacifica possess. numer. 34. communiter Doctores, ut testatur Suarez lib. 4. de Simoniam, c. 26. n. Lessius lib. 2. c. 35. dub. 22. n. 123. cum Victor. relect. 1. de Simoniam, n. 54. & Soto lib. 9. q. 7. art. 2.

8. Alia est pensio, quae soli clerico concedi potest: & haec est duplex; alia quae abique determinatione personae assignata est pro aliquo officio spirituali, verbi gratia pro coadiutoria Episcopi, pro conacionatore, pro visitatore, &c. & haec pensio nullo modo potest vendi à priuata persona; quia venderetur spirituale ministerium in quo fundatur, neque etiam potest redimi: quia non potest extinguere obligatio ad tale ministerium. Quod si is, cui est assignata pensio, retento munere ad officium veller pacifice de tota pensione sibi danda pro vita facere possit. At hoc non est vendere pensionem, sed elocare fructus recipiendos: & ita ut indubitarum, tradunt Suarez illo c. 26. num. 10. Lessius cap. 35. dubit. 22. numer. 122. Alia pensio soli clerico concessa est in quadruplici differentia. Prima, quae datur pauperi clerico in sustentationem. Secunda, quae datur parochi teni non valenti deseruie, ut se sustentet beneficio eius alteri collato. Tertia, quae datur renuncianti beneficio, quod pacifice possidebat. Quarta, quae datur ad hunc in beneficium componendam. Si quae autem aliae pensiones inueniantur, affirmat Arag. quaestio. art. 4. veli. pro explanatione, pag. 121. esse iniustas, utpote impostas sine legitima, & sufficiente causa.

De omnibus iis dicendum est simoniam esse iuris diuini vendere has pensiones propria auctoritate; vbi Bulla Pij V. quae incipit: ex proximo & est 138. in ordine Bullarum edita anno 1571. recepta est, obseruatur; in qua bulla annexit pensiones titulo spirituali; siquidem pensionarios obligat ad officium paruum beate Virg. recitandum, alias fructus non faciunt suos. Quo posito, cum pensio nihil aliud sit, quam ius recipiendi fructus medio spirituali officio, cum hoc officium

Ec 3 inuen

inuendibile si, etiam ius percipiendi fructus ab illo inseparabile; inuendibile erit: ubi tamen non est recepta Bulla Pij V. solum erit in simonia iuris humani vendere has pensiones: quia ex stylo curie prohibentur vendi, & venditores tanquam simoniaci puniuntur: ita Valent. *diffinit.* 6. qu. 16. p. 3. in fine.

9. An vero redimi possint propria autoritate huiusmodi pensiones; non est leuis difficultas. Negat Flamin. *lib. 6. de resignat. benefic. quast.* 2. numer. 128. cum Nauat. *comm.* 52. *cap. 53. de Præbendis: notus lib. 9. de iustit. quast.* 7. art. 2. *Videtur in relect. de Simonia, nu.* 52. *cap. 53. Azot. 2. p. iustit. moral. lib. 8. c. 10. quast.* 6. Fundamentum eorum est, quia beneficiarius redimens pensionem, reddit beneficium sibi magis utile: quia potest colligere illam partem fructuum, quam solueret: ab ea potestas autem colligendi illam partem fructuum non annexa titulo spirituali, siquidem est propter officium sicut & potestas colligendi reliquas partes. Ergo fieri non potest.

10. Verum hæc ratio ut notauit Valent. *disp. 6. quast.* 16. p. 3. vult, validus in fine, pag. 1664. æquè probat de redemptione omnis pensionis, siue ea recipiatur ab alio propter causam spiritualem, siue propter temporalem: semper enim videtur esse aliquid spirituale, quod beneficiarius clericus acquirit, seu retinet post redemptionem pensionis. Quapropter ipse Valent. *suprà* A. affirmat quamlibet pensionem redimi posse, propria autoritate absque simonia: & idem tenet Caietan. in *opusculo septemdecim respons. res.* 10. *Lessius lib. 2. c. 35. dub.* 22. *num.* 124. *cap. numer.* 29. *Tolet. lib. 5. c. 92. num.* 1. *dictio* 3. *Suarez lib. 4. c. 26. n. 2. cap. 16.* Rationem huius conclusionis optime reddit Valent. *suprà*, quia illud, quod per se, & immediate acquirit redimendo pensionem est immunitas, & libertas ab obligatione, & onere pendendi quotannis illam partem fructuum, ut de se constat: libertas autem ab hoc onere, & obligatione non est spiritualis, neque spirituali per se annexa: nam esto inde sequatur beneficium tibi fore magis utile, & facultatem habere retinendi omnes fructus, hoc est extrinsecum, & accidentarium redemptioni pensionis: si quidem redemptio non per se respicit hanc utilitatem, sed solum illam libertatem, & immunitatem à quotannis solutione. Adde, redemptio pensionis nihil aliud est, quam quædam anticipata solutio fructuum, quos singulis annis tenebaris exhibere. Cum igitur fructus vendi possint, etiam & redimi. Nihil ergo spirituale, neque spirituali annexum emittitur. His tamen non obstantibus ad redemptionem pensionis, solet semper auctoritas Pontificis interuenire: non quia necessaria, sed ad maiorem securitatem: ut bene Toler. *suprà*, & quia iam ex stylo curie hoc est receptum: ut bene probat Garcia 1. *cap. 5. à num.* 23.

11. Notandum tamen est, resignantem beneficium cum onere pensionis non posse facere pactum ut constituta pensio redimatur: quia aperta continet simoniam: est enim illud onus pretio æstimabile: & ita tenet Lessius *lib. 2. de iustit. c. 31. dub.* 22. *n. 124.* Gigas *quast.* 87. *ad finem.* Garcia 1. *p. de benefic. cap. 3. numer.* 172. *Tolet. lib. 5. cap. 92. num.* 1.

12. Quod dictum est de pensionibus, quæ titulo spirituali donantur, idem dicendum de præstimoniiis, seu siccis, quæ in omni sententia ad minus sunt pensiones clericales: cum nemini dentur nisi vt clerico, & vt in clericatu proficiat: & in probabiliori sententia non solum sub pensionibus comprehenduntur, sed etiam sunt propria beneficia: ut tenet Nauat. *cap. 21. de orat. num.* 9. *Soto lib. 10. de iustit. quast.* 5. *artic.* 3. Gigas *quast.* 30. *de pensioib. num.* 1. *Suarez 1. 1. de Relig. lib. 4. de horis canonicis, c. 22. num.* 8. & Garcia *innumeris relectis, 1. p. de benefic. cap. 2. n. 172. esto num.* 118. aliquos in contrarium referat. Et videtur conuinci ex *cap. vlt. de concess. præbenda in 6.* ubi præstimonium cum aliis beneficiis Ecclesiasticis annumeratur. Et ratio est, quia habet omnes qualitates requisitas ad beneficium: quæ sunt conferri personis Ecclesiasticis ab Ecclesiastico prælato, purè, & sine pacto, & in perpetuum, cum onere ad aliquod munus spirituale, scilicet ad pensum Beatæ Virg. ex Bulla Pij V. supra citatæ: quæ omnia reperiuntur præstimoniiis, ut constat ex Panormit. 2. *volum. conf.* 47. & ex Suarez *loco citato.*

13. Sed quid dicendum de commendis coadiutoriiis, capellanis, & hospitalibus, an vendi possint? Quod attinet ad commendas, respondeo, aliam esse commendam spiritualem, aliam secularem, & militarem. De commendam spirituali, qualis est illa, per quam Ecclesia alicui commendatur, ut in ea Sacramenta administret, quæ alio omnino vicaria vocatur, certum est siue temporalis sit, siue perpetua vendi non posse: quia his commendis, seu vicariis committitur spiritualis iurisdictio: & habetur expressè in *cap. non satis cap. ad nostram de Simonia.* De commendis vero militaribus, dicendum est simoniam non esse illarum venditionem, aut pecunia illarum obtentionem procurate, quia sunt merè seculares nullam spiritualem functionem secum adducentes, sed dantur personis Ecclesiasticis in stipendium, & præmium

militariæ: & ita tenet Suarez *lib. 4. cap. 27. num.* 7. *cap. 9. Manuel. in summ. 2. 2. cap. 49. num.* 12. Vega 2. *p. sum. cap. 101. casu.* 52. Petr. de Ledesma 2. *p. sum. tract. 12. circa 10. con. elusionem.* Est tamen contra iustitiam illarum venditio, ut bene aduertit Suarez & Manuel *suprà*. Quia magister ordinum, vel Rex, cui est commissa distributio harum commendarum non est dominus, sed dispensator, & non supremus, sed sub Pontifice, qui Regi facultatem reddit non ad illas vendendas, sed distribuendas. Possunt tamen huiusmodi commendæ donari à Rege, vel magistro, cum onere, & obligatione exhibendi aliquod temporale munus. Vg. ire in Africam, vel Indias, illisque feruere, vel soluere alteri aliquam pensionem, vel in assignatione pensionis habetur ratio iustæ distributionis, seu finis talium præbendarum: ita Suarez *suprà*, & addit posse Pontificem causa intercedente concedere facultatem Regis illas vendendi, præcipue si pretium in maiorem utilitatem militariæ cedat.

14. Coadiutoria, beneficiorum, quæ nihil aliud sunt, quam quædam facultates autoritate Pontificis concessæ exercendi officium, quod proprietas exercere & tenere, tamen cum futura successione concedatur: beneficia non sunt: ac promittit pecunia obtruncas eas coadiutorias, non committit simoniam iure Ecclesiastico punibilem: imo nec vllam simoniam, si pecuniam non vt pretium facultatis, sed in sustentationem concedentis coadiutoriam tribuas.

Idem à fortiori dicendum est de capellanis autoritate Episcopi non creditis, quæ quia beneficia non sunt, possunt absque labe simoniae pecunia obtineri, ut aliis relectis docet Gonzalez *reg. 8. Cancellar. gloss.* 5. in *princ. num.* 25. & restat à Rota fuisse sæpe declaratum.

15. Hinc dicendum de hospitalibus. Et quidem quæ autoritate Episcopi instituta non sunt & sub eius cura non existunt, sed priuata voluntate eriguntur, Ecclesiastica non censentur, licet pia loca dici possint, nec materia sunt simoniae, ut tanquam indubitatum supponit Suarez *lib. 4. de simon. c. 27. numer.* 11. Hieronym. Gonzalez *suprà* *reg. 8. Cancellar. gloss.* 5. *cap. 4. num.* 22. Solum est dubium de illis hospitalibus, quæ religiosa, seu Ecclesiastica dicuntur eo quod sit autoritate Episcopi instituta, & sub illius cura existant: iuxta *cap. ad hæc de Religiosis domibus.* Hæc igitur sunt in duplici differentia, alia quæ secum afferunt administrationem spiritualem, alia quæ solum temporalem pericentem ad gubernationem. De primis nemini est dubium committi simoniam, si vendatur eorum administratio: docet DeLuca *de Benefic. 1. p. quast.* 3. *n. 3. cap. 28. cap. p. 2. quast.* 11. *n. 14.* Beda *de benefic. in comm. in præfat. n. 4.* Rebuff. in *præfat. cap. de deuolut. n. 73.* Suarez *lib. 4. cap. 27. num.* 11. De secundis vero, quæ functionem spiritualem non habent, sed tantum temporale regimen cum tota sollicitudine pertinent ad eum infirmorum dicendum est, simoniam non esse simoniam iuris diuini administrationem vendere, quia est temporalis nulli officio Ecclesiastico per se annexa, & colligitur ex Clement. *quæ coniungit, §. 1. de Religiosis domibus* tamen simoniam iuris humani. Quia in *cap. Saluator. 1. quast.* 3. prohibetur sub specie religionis, & vitandi simoniam venditio officij administrationis rerum Ecclesiasticarum: cum autem bona horum officiorum Ecclesiastica sint ex institutione Ecclesiæ, sit sanè comprehendi sub illa generali prohibitione: & ita tradit glossa ibi: verbo *quæ in idem*, *cap. c. ead. m. causa, cap. quast.* verbo *qui claudat, hostia*: & Suarez *lib. 4. c. 27. n. 11.* Gonzalez *suprà* *reg. 8. Cancellar. Glossa 5. §. 4. n. 22.* cum Gomez *de expectatiuis, n. 93.* verb. *et ipsa sunt notanda.*

PUNCTVM XIV.

An ius patronatus, & officia Ecclesiastica vendi, alienarique possint absque simonia?

SVMMARIVM.

1. Iuris patronatus venditio simonia est ex iure Ecclesiastico.
2. An vero sit ex iure diuino? Negant plures.
3. Probabilius est esse inuendibile.
4. Ius patronatus transferretur iure hereditario, donatione & venditione.
5. Expresso iure patronatus in venditione vills, cui est annexum, non constituit simoniam.
6. Ius patronatus non est aere fundus, sed persona non transferretur vendentis bonis omnibus illius: vt probabilius descendit.
7. Quid, quando bona essent annexa iuri patronatus, & vendiderentur.
8. Extra supradictos modos nec vendi, neque transferri potest ius patronatus.



9. *Venditio officiorum temporalium Ecclesie, simonia est iuris humani, ex probabiliori sententia.*

1. **C**ertum est venditionem, translationemque iuris patronatus simoniacam esse iure Ecclesiastico hunc precio fiat, ut habetur in *cap. 1. de iure, & c. prateria, & alij de iure patronat.* Et ratio est quia ius patronatus est ius presentandi ad beneficia concessum laicis ab Ecclesia ex gratitudine alicuius obsequij ab aliis acceptis, ac proinde est spiritualibus annexum.

2. Difficultas est inter Doctores, an ius patronatus sit ex lege divina inveniendum? Nam Abbas, Decius, & alij in *Rub. de iure patronat.* & in *cap. quanto de iudicis*: & Soto *lib. 9. quest. 7. art. 1. Nauarr. cap. 23. num. 98. & 99. Syluest. verb. Simonia, quest. 2. & alij rarij à Suarez lib. 4. de Simon. cap. 18. num. 6. sine* negant esse inveniendum ex lege divina: rationem reddunt; quia hoc ius in se non est spirituale, sed tantum spiritualibus annexum, cum detur laicis, & transferat ad heredes, seu extraneos per donationem, aut venditionem, ut constat ex iure, & ex praxi. Item eius actus, qui est presentatio ad beneficium non videtur spiritualis, cum ratione illius presentatus non acquirat ius in beneficium, quousque praelatus illud conferat.

3. Nihilominus probabilis existimo ex iure diuino inveniendum esse docet Glossa in *cap. pia mentis 16. quest. 7. & in cap. prateria 1. de Transactionibus*: Lessius *c. 35. dub. 22. num. 128. Suarez. 1. 1. de Relig. lib. 4. de simonia cap. 28. n. 7.* Ratio est, quia hoc ius est spirituale, vt potest ab Ecclesia institutum, & concessum per potestatem spirituales, & ordinatum ad actum spirituales, qualis est presentatio. Neque obstat dari laicis, & transferri ad heredes; nam hæc proueniunt ex gratia, & fauore Ecclesie, quæ sicut potest communicare laicis eligendi ad beneficia, quod spirituale est, sic communicauit ius presentandi. Quia vero ratione hoc ius ad heredes, & extraneos transferatur absque simonia statim dicimus. Et per hæc satisfactum est contrarij rationi. Dicimus namque, ius patronatus esse spiritualibus annexum, scilicet beneficij presentationi, sicut etiam ius eligendi, & potestas conferendi beneficium est annexa spiritualibus, sed hoc non obstat, quominus etiam sit in se spirituale, & sacrum, sicut est potestas conferendi beneficia, & ius eligendi ad alia. Ad confirmationem vero respondeo presentationem dare ius ad beneficium presentato non proximum sed remotum quatenus ex vi presentationis, si persona idonea sit, necessario debet iniriui, *c. significasti & c. suggestum de patronat.* neque alius sine hac presentatione possit institui. *cap. illud praterendum De iure patronatus.*

4. Sed inquit quibus modis ius patronatus in alios transferatur. Respondeo tribus modis hoc fieri posse, ut notauit Glossa in *cap. cum seculum de iure patronatus & Suarez lib. 4. de simonia cap. 28. num. 15.*

Primus modus est iure hereditario, & extenditur non solum ad heredes necessarios, sed etiam voluntarios, non solum consanguineos, sed etiam extraneos, quia ius absolutè loquitur, & nihil distinguit, ut notauit Glossa per textum in *element. 2. de iure patronat.* & Ioan. Andr. in *dicto cap. cum seculum.* & sumitur ex *cap. considerandum, cap. si plures 16. quest. 7.*

Secundus modus assignatus à Glossa, & à Suarez *suprà num. 16.* est per liberalem donationem; quia vnusquisque potest transferre ius quod habet, ut dicitur in *cap. inram. de iure patronat.* Aduertendum tamen est donationem hanc fieri posse loco religioso absque consensu Episcopi, ut habetur explicitè in *cap. unico de iure patronat lib. 6.* Aliis vero personis necessariis est consensus Episcopi ad valorem donationis arg. deducto à contratio sensu ex *supradicto cap. vbi tanquam speciale* conceditur locis religiosis donationem iuris patronatus illis factam sine assensu Episcopi ratam esse: sic tenet communis sententia canonistarum, ut testatur Suarez *suprà.* Aduertit tamen, & bene nullum esse ius, in quo hæc conditio expostuletur expressè: nam *cap. cura, cap. quod autem, cap. cum laicis de iure patronat. & cap. neminem 16. quest. 7.* non loquuntur de iure patronatus, sed de ipsi Ecclesiis, seu beneficiis, quæ sine autoritate Episcopi non possunt à patronis conferri, non solum aliis priuatis personis, verum nec locis religiosis, Quocirca solum ex communi sententia fundata in *cap. unico de iure patronat. in 6. hæc conditio requiritur.*

Tertius modus transferendi ius patronatus est cum re vendita, *cap. ex litteris, cap. cum seculum. De iure patronat.* Pro cuius explicatione adducto cum Suarez *cap. 18. num. 17.* dupliciter posse alieni laico ius patronatus conuenire, scilicet vel ratione alicuius rei, quam possidet, cui veluti cohæret ius patronatus, vel immediate ratione suæ personæ, quia ipse fundauit Ecclesiam, vel est successor eius, qui illam fundauit, & ius in ipsum transiit aliquo ex duobus prioribus modis. Quando ergo ius patronatus inest fundo, aut villa, in qua est Ecclesia, tunc rectè intelligitur vendita tertia, & villa cui est coniunctum transferri cum illa sine venditione talis iuris?

quia non carius venditur ratione ius patronatus illi inhærentis, sicut venditio calice non venditur consecratio. etiam cum venditione calicis transferatur, quia ratione consecrationis carius non venditur. Neque ad hanc venditionem consensus Episcopi requiritur, ut colligitur ex *cap. cum seculum de iure patronat. & ex communi praxi.* Ex quo fit, si per venditionem villa potest transferri ius patronatus absque consensu Episcopi à fortiori poterit transferri, si villa liberè donetur, & iuxta hæc limitandum est, quod in secundo modo diximus de consensu Episcopi acquisito; intelligitur enim quando ius patronatus solum & per se donatur, secus vero si transferatur cum donatione villæ. Nam quod venditioni conceditur, multo magis liberali donationi concessum esse credendum est, cum hæc multo magis aliena sit à vi, apparentia, & specie simoniæ, & alioquin digna sit maiori fauore. Ratio autem est, quia accessorium sequitur naturam principalis, in illo autem casu ius patronatus se habet, sicut accessorium ad villas, quia est quasi accidens illi inhærens, & optimè quoad hoc comparatur cum calicis consecratione: ergo hæc Suarez *illo, numer. 17.*

5. Sed inquires, an propter venditionem iuris patronatus in venditione villæ constituitur venditio simoniaca? Respondeo si propter hanc rationem carius non vendatur simoniacam non esse, imo neque debere præsumi; quia expressio iuris patronatus annexi villæ conducere potest aliquando, ut de se ipso constet, ne puretur reteratum, aut separatum à villa iuxta Suarez *lib. 4. c. 28. numer. 18.* cum Nauarr. *conf. 12. de Simon.* Aduertit tamen optimam formam exprimentis ius patronatus in venditione esse per negationem, & non per affirmationem, v. g. si dicas te vendere villam non excepto in iure patronatus: hæc enim forma approbatur, in *cap. ex litteris de iure patronat.*

6. Petes secundò; an ius patronatus non cohærens fundo, sed personæ intelligatur transferri venditis bonis illius personæ. Affirmant plures ex canonistis, quos refert Couarr. *lib. 2. variat. cap. 18. num. 6. & seq.* Tenenda tamen est contraria sententia vt probabilior, cum Couarr. *ibi*: & alij ab ipso relatis, & Lambert. *de iure patronat lib. 1. c. p. quest. 5. princ. art. 14. n. 20. & art. 15. n. 8. & 13. & Suarez lib. 4. c. 28. n. 19.* Garcia plures referent. *5. part. de benefic. cap. 9. n. 13.* Ratio est; quia ius patronatus in illo casu non est annexum bonis. Nulla ergo ratio est quare cum illis transferatur, in heredem tamen transferatur ita disponente iure canonico, Clement. *2. de iure patronat.* quia hæres cum personam defuncti repræsentet, succedit in iuribus, & honoribus non autem emptor, vt de iure sepulchuræ, colligitur, ex *leg. quia perinde 42. ff. ad S. C. Trebell.*

7. Quando vero bona alicuius personæ annexa essent iuri patronatus eo quod patronus instituit, ut quicumque ius patronatus possideret, talia similiter, bona possideret, affirmandum est cum Suarez *illo cap. 28. num. 22.* Si bona illa cedere possunt in veritatem & commoditatem patroni, & non tantum Ecclesie indigentis, posse inquam vendi, quia non est credibile voluisse testatorem sic arcate possidētē illa bona, ut nunquam alienare ea possit; ac proinde translatis illis bonis consequenter transferatur ius patronatus; quia illis est virtualiter annexum.

8. Extra hos casus, & modos ius patronatus nec emi, nec vendi, nec transferri potest, non solum licet, sed neque valde, quia in spiritualibus non possunt laici nisi quod eis concessum est à canonico iure, ut tradit Innocent. & Abbas in *cap. quanto de Consuetud. & Menoch. cum alij. conf. 90. n. 79. Suarez lib. 4. c. 28. n. 15.* In iure autem non inuenitur a ius modus transferendi iuris patronatus præter supradictos.

9. Restat de Officiis temporalibus Ecclesie dicere, an scilicet Simonia sit eorum venditio? Communior est sententia simoniam esse iuris humani, tenet Abbas Aman & Felin. in *cap. consulere de Simonia*. Hostiens. in *c. tua nos eodem titulo. Antonin. 2. part. tit. 1. cap. 5. S. 2. Victor. relect. de Simonia nu. 16.* Caietan. verbo *Simonia reg. 3. in fine. Soto lib. 9. quest. 5. art. 2. vel. sed interrogando vrges. Lessius lib. 2. c. 3. dub. 4. num. 26. Suarez lib. 4. cap. 29. num. 4.*

Et probari videtur ex *cap. si quis Episcopus 8. 1. quest. 1. ex cap. saluator. 1. quest. 3.* vbi cum Simone dicitur participare, qui officium æconomi, vice domini, aduocati, sacristæ, castaldi & iudicis, vendit: & in *cap. consulere de Simonia*, tam ementes, quam vendentes hæc officia cum Simone percipiuntur: percipiuntur autem cum Simone, quia committunt simoniam. Ergo. Quid autem intelligatur illis nominibus æconomi: vice domini, aduocati, & c. optimè explicat Glossa. Lessius, & Suarez *suprà.* Dicunt enim æconomum esse, qui res Ecclesie, & canonicorum gubernat. Sub quo à fortiori sacrista, vel thesaurarius, seu sacrarum rerum custos comprehenditur, vt multis relatis probat Suarez *illo c. 28. n. 11.* Vice dominus est, qui ream Episcopaliū cutam gerit. Aduocatus est ab Ecclesia constitutus ad causas eius defendendas: quod intellige cum Suarez *suprà num. 9.* quando ex officio, & cu-

ex cap. unico de verum permutat. in 6. ubi approbatio, & consensus Episcopi requiritur in permutatione beneficiorum, quæ ipse conferre potest, non in aliis; dicitur enim ibi, qui fecundum formam iuris sua beneficia in eadem diocesi ad tuam collationem spectantia permutare volentes, liberè, & sine fraude in manibus tuis ipsa resignent. Ergo quæ ad collationem Episcopi non pertinent, non tenentur in manibus Episcopi resignare. Ratio vero est, quia consensus Episcopi in permutationibus ideo spectatur, quia sine illo nec renunciatio beneficij, nec alterius obrenctio fieri potest; cum ergo possit absolute beneficium resignari, aliudque de nouo obtineri sine Episcopi consensu, quando ad illam collatio, ubi institutio non est, spectat; non est cur dicamus esse necessarium eius consensum; tandem quia ille prælati, ad quem collatio beneficiorum spectat; habet in hac parte iurisdictionem Episcopalem; siquidem beneficiorum collatio propria est Episcopi. omnes B. s. l. c. 19. quæst. 7. Ergo quoad tales actus rectè comprehendi potest sub nomine Episcopi.

7. Coram iis ergo qui possunt beneficiorum permutationes approbare, potest fieri permutatio in singulis mensibus: ita Frederic. Senes. in tractat. de permutat. benef. n. 30. cum seq. Cota de res. l. n. 7. Et per totam de verum permutat. in nouis Rebuff. in praxi titulo de permutat. benef. n. 36. Tufchus in tractat. de visitationib. c. 38. n. 32. Hieronym. Gonzalez cum alijs super reg. 8. cancellar. glossa 14. n. 33.

8. Circa supradictam doctrinam de permutatione beneficiorum aduerto, intelligendum esse de beneficiis propriis, de quibus habetur ius in re, est illorum non habere ut possessor, ita Franciscus c. ultim. de verum permutat. in 6. n. 16. & ibi Gambara num. 86. Petr. de Perusio tractat. de permutat. benef. l. 1. part. quæst. 1. num. 1. Manica de tacitis, & ambiguis conuentionib. lib. 25. l. 9. n. 2. Et 9. Et alijs, quos sequitur Garcia l. 1. p. de benef. c. 4. n. 15. Et 16. & constat ex c. olim, cap. quæstionum de verum permutat. Et cap. unico eodem tit. lib. 6. Adde non solum beneficia debere esse propria permutantium, ut possit ordinari permutationem approbare, sed necessariè requiri quod beneficia non sint referata Sedi Apostolicæ, quia de iis non potest Episcopus disponere & permutationem approbare, ut pote qui non potest eorum collationem facere: ita multis relatis Garcia supra n. 82. esse contra tenet Gambatus in c. v. de verum permutat. in 6. à num. 33.

9. Ex qua doctrina infero non posse fieri permutationem auctoritate ordinarij inter iura ad rem: v. g. præsentarius, aut electus es ad beneficium, non poteris in fauorem alterius tuam præsentationem resignare, ut ipse suam præsentationem, & expectatiuam tibi resignet. Ratio est; quia hæc iure sunt personalia tantum, ut rectè notauit Panorm. in c. v. olim de rer. permutat. à num. 4.

Sed dices, quid si patronus consentiat, ut in alium tuam præsentationem resignes, & similiter, alius obineat facultatem à Papa transferendi suam expectatiuam, poteritne permutare ex consensu ordinarij? Respondet Suar. lib. 4. l. 31. n. 19. posse & consentit Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 36. num. 109. & Gambara in Rubr. de verum permutat. in 6. n. 8. Et in illo cap. unico n. 42. Contrarium tamen ut probabilis tenendum est eum communi sententia, ut testatur Flamin. lib. 2. de resignat. benef. quæst. 23. n. 15. Zerola 2. p. ver. renunciat. §. 1. Ioann. Nicol. De linas lib. 2. de iure patronat. q. 2. num. 165. Azor 28. cap. 29. quæst. 22. Nicol. Garc. l. 1. part. de benef. c. 4. n. 17. Ratio est, quia ordinarius solum habet potestatem ad admittendas permutationes beneficiorum, non electionum ad beneficia, ut constat ex suprad. capit. non igitur illi attribuenda est.

PUNCTVM XVI.

Possint ex consensu ordinarij in permutatione beneficiorum compensari fructuum inæqualitas pecuniâ, vel pensione absque Simonia;

SVM MARIVM.

1. Nequaquam id fieri potest auctoritate Episcopi.
2. Alij affirmant illius auctoritate pensionem imponi posse.
3. Probabilis est oppositum.
4. Neque potest permutari beneficium cum pensione, quia non sit in titulum beneficij erecta.
5. Neque possunt partes inter se conuenire, ut vnus, scilicet resignatarius integre soluat expensas bullarum contrinque, nisi ex consensu Pontificis.

DE auctoritate Pontificis nulli est dubium, quia Pontifex potest separare ius fructuum à titulo spirituali; potest ergo concedere habenti ius fructuum, ut ratione illius aliquid recipiat. Episcopi autem auctoritate fieri nequaquam potest; quia non valet ipse fructus à titulo spirituali separare.

unde translatio titulo & ius ad fructus necessariè transfertur. Si ergo pro hoc iure consentiret pretium exigi, & esset iniustum, & simoniacum: ita tenet glossa in c. cum pridem de pactis, Lessius lib. 2. c. 35. dub. 17. n. 104. S. ad hoc Suar. lib. 4. cap. 34. à num. 10.

Neque obstat cap. ad quæstiones. De verum permutat. ubi Clemens II. approbat commutationem factam vnus Ecclesiæ Parochialis, & illius possessionem, cum alijs Ecclesiæ, & illius possessionibus, compensata inæqualitate possessionum per pecuniam, sic tamen ut illi contractus nequaquam sibi iniucem miscerentur. Non inquam obstat, ut rectè expendit Suar. cum alijs lib. 6. cap. 34. n. 13. quia possessiones illæ erant merè temporales, & sub dominio temporali Ecclesiarum. Quapropter illarum permutatio non erat inhibita, imo potius concessa, ut notat Glossa. Poterat ergo in harum permutatione compensari inæqualitas possessionum refula certa pecuniæ quantitate. Quoad permutationem vero Ecclesiæ, seu beneficij, & fructus ei annexi ratione rituli, quales sunt decimæ, primitiæ, & oblationes, nequit ex consensu ordinarij inæqualitas horum fructuum pecunia compensari: neque de hoc casu loquitur supradictum caput.

2. Difficultas vero est; an ex consensu ordinarij possit inæqualitas fructuum spiritualium, scilicet, decimarum, primitiarum, & oblationum per impositionem pensionis compensari? v. g. est permutatio faciendæ de beneficio tenui cum pingui, poteritne ex ordinarij consensu imponi beneficio pinguius aliqua pensio & sic permutatio concludi.

In hac difficultate est prima sententia id fieri posse ex auctoritate ordinarij, quia ordinarius iusta causa intercedente potest pensionem imponere, ut tenet Gigas de pensionib. quæst. 6. referens Oldrad. Felin. Anton. de Butrio, Innocent. Immolam. P. Ancharan. Decium, & Caccialupum, Zerola in praxi Episc. 2. par. ver. pensio num. 1. cum Paulo Romano tractat. de pensionib. c. 15. n. 10. Et c. 15. redeundo n. 5. Hieronym. Gonzalez super reg. 8. cancellar. glossa 5. n. 27. Sed in tali permutatione ob inæqualitatem fructuum compensandam est causa iusta ut dicit Lessius lib. 2. de iust. cap. 34. dub. 38. num. 205. vers. tertio. Ergo fieri potest auctoritate ordinarij hæc permutatio: & ita docent in propriis terminis Nauar. conf. 43. de Simonia n. 4. quem sequitur Ioan. de Nicol. De linas de iure patronat. lib. 2. quæst. 18. num. 161. Hieronym. Gonzalez alijs. relatis supra, Et 14. num. 38.

3. Verum contraria sententia communior est, & in praxi magis recepta, scilicet non posse auctoritate ordinarij in permutatione beneficiorum imponi pensionem super beneficium pingue: ita docent pluribus relatis Nicol. Garcia l. 1. part. de benef. cap. 5. n. 341. Et n. 344. Suar. lib. 4. cap. 34. n. 16. Valen. disp. 6. q. 16. p. 3. in fine. Man. Rodrig. 2. sum. c. 65. num. 6. cum Arag. quæst. 100. art. 4. vers. est aliud pag. 112. 2. Mouentur ex eo, quod Episcopus prohibet beneficia conferre cum diminutione in titulo, ut beneficia sine diminutione conferantur: si autem consentire posset in pensionem, iam beneficium cum diminutione conferret. Præterea, quia iam consuetudo, ut bene dicit Valen. supra huiusmodi facultatem Episcopi denegauit. Quocirca solum auctoritate Papæ hæc permutatio firmari potest.

4. Ex qua doctrina à fortiori sequitur, non posse auctoritate ordinarij permutari beneficium, cum pensione, quæ non sit erecta in titulum Beneficij. Tum quia ordinarius non habet potestatem imponendi pensionem, ergo neque illam transferendi. Tum etiam quia in c. quæstionum, & c. olim de verum permutat. Et cap. v. eodem tit. lib. 6. ubi ordinariis committitur potestas admittendi beneficiorum permutationes, de proprijs beneficijs sermo est, & ita docent ut probabilis Suar. lib. 4. cap. 33. num. 4. Nicol. Garcia de benef. l. 1. part. cap. 4. num. 18.

5. Huc etiam spectat non posse partes inter se absque ordine ad consensum Pontificis conuenire, ut vnus, scilicet cui est facta resignatio integre soluat expensas bullarum penitentium ad vtrumque, quia hæc pactio est simoniacæ; si quidem petitur à resignatario aliquid onus pretio æstimabile, quod de iure non inest: de iure enim quilibet proprias bullas tenetur soluere: & ita tradit Suar. lib. 4. de Simon. cap. 34. numer. 19. sine cum Nauar. lib. 5. consil. tit. de Simonia. conf. 59. Et 51. & consentit Flamin. tit. 2. de resignat. benef. lib. 14. quæst. 7. num. 9. Nicol. Garcia l. 1. p. de benef. cap. 3. §. 2. numer. 147. Addit tamen Flamin. supra, & Azor. 2. part. lib. 7. cap. 27. q. 7. supradicta procedere, in casu quo resignatarius non retinet quod expendit in expeditione bullarum resignantis beneficium. Quia stylus satis vulgaris est, quod resignatarius soluat expensas bullarum resignantis, dummodo retineat id quod impendit in primo termino solutionis pensionis. Quapropter de sententia Flaminij, & Azor, potest resignatarius se obligare ad soluendam expeditionem bullarum resignantis, ea tamen conditione, ut in primo termino solutionis pensionis sibi satisfaciatur.

Quæ renunciatio beneficij sit Simonia.

SUMMARIUM.

- 1 Ad validam licitamque renunciationem requiritur consensus superioris eam acceptantis.
- 2 De quibus beneficiis hac doctrina procedat.
- 3 Nullus præter Pontificem admittit potest resignationes beneficiorum sub conditione.
- 4 Hac resignatio in manibus ordinarij simoniam contrahit.
- 5 Contrarium probabilitate non caret.
- 6 Relicta illa conditione probabilis est ordinarij beneficium illud liberè conferre non posse.
- 7 Potest resignans ob crimen commissum beneficio ad ordinario priuari.
- 8 Resignatio liberè facta admitti potest ab ordinario.
- 9 Resignans beneficium in manibus ordinarij cum intentione, ut certa persona conferat, idque petatur, tenent plures esse simoniam.
- 10 Probabilis est neque esse simoniam, nec prohibitum, si non deducatur in pactum.
- 11 Resignationes reciproca non habent locum coram ordinarijs.
- 12 Non valet resignatio coram ordinario in favorem tertie persone sub titulo permutacionis, cum tamen illa tertie persona nullum habeat beneficium permutandum.
- 13 Potest ordinarius iuxta probabilem sententiam admittit resignationem beneficiorum factam cum reservatione pensionis.
- 14 Non potest ex alio consensu præter Pontificem resignans obligare resignatarium, ad aliqua onera subeunda.
- 15 Item est Simonia, si resignans, petat à resignatario solutionem expensarum, quas fecit in tali beneficio acquiritendo, nisi Pontifex consentiat.

Renunciatio, ut omnes admittunt est libera beneficij cessio. Et est multiplex, alia purè, & absolute, alia sub conditione, alia in favorem tertij, alia cum reservatione pensionis. De omnibus iis videndum est, quid ad sui valorem, & ad vitandum simoniam sit requisitum.

1. Indubitatum est apud omnes requiri ad validam & licitam renunciationem consensum superioris eam acceptantis, cap. admonet. cap. quod in dubijs, cap. nisi cum pridem, & cap. fin. de Renunciat. cap. Denique 6. q. 3. & cap. 1. 17. quest. 2. alia, ut probabilior sententia tenet beneficium nondum vacat etiam quoad ipsum renunciantem, sed verum illius possidet titulum, & ius donec ea renunciatio à superiore fuerit admissa: ita Abbas in cap. ad aures numer. 7. de iis que vi, & in cap. quod Dei timorem. De statu Monach. num. 4. ubi dicit contra glossam tenere omnes ferè doctores. Felin. in cap. in nostra de Rescript. corol. 34. Couar. lib. 1. var. cap. 5. numer. 6. & alij innumeri; quos refert, & sequitur Garcia de benefic. 11. part. cap. 3. §. 3. n. 123. Poterit tamen superior ob delictum commissum à resignante cum beneficio priuare, & alteri conferre, ut tradit Innocent. in cap. quod. in dubijs n. 2. per textum ibi: Abbas in dicto cap. quod Dei timorem num. 4. Rota dec. 3. & 4. in antiquiorib. Petr. Greg. cap. 31. de benefic. num. 11. Garcia supra n. 230.

2. Hac vero procedunt de beneficiis iam pacificè acquisitis, licet nondum possessis. Nam si beneficium litigiosum sit propter non desideratum, & iuris dubietatem, superioris autoritas non desideratur, cap. De integrum restitut. & tradit Abbas dicto cap. quod in dubijs num. 4. Flamin. de resignat. benefic. lib. 7. quest. 1. num. 104. & n. 105. Zechius de benefic. & pensionib. cap. 13. num. 2. limitat. 6. Garc. 11. part. de benefic. cap. 3. §. 3. num. 249. & alij ab eisdem relati. Similiter etiam si beneficium nondum sit acquisitum, sed solum sit ius ad illud poterit abique superioris autoritate renunciari: Vnde poteris electioni, præsentationi, & nominationi de re facte renunciare, cap. ad audientiam 2. de Rescript. & cap. sanè de renunciat. & docet glossa & doctores, in c. si electio de electione in 6. Innocent. in dicto cap. quod in dubijs, & ibi doctores Lambertin. de iure paroniar. lib. 3. quest. 5. art. 5. Flamin. pluribus relatis lib. 3. de resignat. benefic. q. 1. à n. 74. & lib. 2. q. 23. & alij, quos sequitur Garcia 11. p. de benefic. cap. 3. §. 3. n. 247. & n. 251. optime explicat quis sit superior, qui resignationes simplices, & absque vlla conditione potest admittit, & statuit cum variis doctoribus esse eum; qui potestatem habet instituendi, & destituenti ut Pontifex, legatus à latere, Episcopus, & capitulum sede vacante & denique qui Episcopalem habet iurisdictionem.

3. Quod si beneficium sub conditione aliqua resignandum

sit, tenent doctores omnes nullam præter Pontificem posse admittit resignationes factas sub conditione, ut alteri dent beneficium, siue beneficio pensio imponatur, siue non. Ratio est; quia Episcopus non potest denuo beneficia conferre, nisi prius vacent iuxta cap. vnic. de rerum permutat. in 6. & Clem. vnic. eodem tit. At beneficium resignatum sub illa conditione non vacat, quouque alteri conferatur. Ergo.

4. Difficultas est: an hæc resignatio in manibus ordinarij facta contineat simoniam? Communis est sententia simoniam esse saltem ex iure Ecclesiastico, præcipue post constitutionem Pij V. 8. quæ incipit, *quanta Ecclesie Dei*, quam refert, & late explicat Flamin. de resign. lib. 5. q. 6. & lib. 14. q. 3. n. 12. Garcia pluribus relatis 11. p. cap. 3. §. 2. n. 152. & 154. Ratio est, quia omnis pactio in spiritualibus est prohibita ob simoniam vitandam cap. fin. de Pactis: eum autem in præsentis sit prohibita hæc pactio coram ordinario, sit simoniacam esse talem pactio.

5. Verum contrariam sententiam, scilicet simoniam in tali resignatione non committi, probabilitate non caret: tenet Couarru. lib. 1. var. cap. 5. num. 5. Stahlus de literis gratiar. tit. de variis modis vacationis Resignationis modus. 8. & seq. Zetola in prax. Episc. l. p. verò renunciatio §. 2. & 3. verò 10. Quintana Duenas lib. 2. Ecclesiast. à num. 19. v. que ad 28. Duaren. de benefic. lib. 8. c. 2. §. quomodo beneficium in fine. Prob. bus ad Monachum in c. 2. de effilegati in 6. n. 5. & c. Nullus de temporib. ordinat. n. 20. & inclinat Lessius lib. 2. c. 35. n. 86. Valco. disp. 6. quest. 16. p. 3. verò secunda circumstantia. V. q. de benefic. c. 2. §. 4. dub. 7. & alij ab eisdem relati. Ratio est quia in præsentis non arctatur ordinarius ad acceptandam renunciationem, ac proinde ibi nulla intrinsecus pactio, neque aliquid pretio aestimabile pro quo renunciatio fit. Item hæc renunciatio in constitutione Pij V. non prohibetur, ut simoniacæ.

6. Sed inquirens, poterit ordinarius relicta illa conditione beneficium liberè conferre? Probabilis est non posse: ut Rebuff. de resignat. conditionaia num. 7. & seq. Gueter. conf. 4. 2. de Simonia num. 8. Svat. cap. 3. §. 5. num. 11. Lessius lib. 2. c. 35. num. 68. Garcia pluribus relatis 11. part. de benefic. c. 3. §. 2. num. 155. Ratio est, quia actus factus sub vna conditione & modo, non potest quoad vnam partem admitti, & non quoad aliam, sed totus recipi, vel relicti, leg. Aurelius 28. §. ius quest. ff. de liberat. legata. Et hæc conclusio à fortiori post constitutionem Pij V. 8. in qua facultas aufertur ordinario admittendi quilibet resignationes conditionatas, imo & simplices nisi illorum qui senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti sint, vel vitiosi, aut criminii obnoxii, censurisque Ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesie, vel beneficio inservire, seu qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contingerit promoueri, religionem quoque ingredi, vel matrimonium contrahere; si statim postea id in ipsa exequantur, vel qui ob capitales inimicitias non audent in loco beneficij residere secuti, vel denique si casus aliquis acciderit ex contentis in constitutione Innocent. III. de dimittendis cathedralib. Ecclesijs, qui ceterè ad supradictos casus referuntur, ut constare potest ex Flamin. Parisio late explicante hanc oullam Pij V. lib. 5. q. 10.

7. Dices: Saltem sic resignans poterit ab ordinario priuari beneficio ob crimen commissum in renunciantio.

Respondeo posse, si cognoscatur, & probetur non ignoranter fecisse: ita Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 14. n. 85. fin. Svat. lib. 4. cap. 3. §. 5. n. 14. at tunc non prouidetur beneficium ab ordinario tanquam vacans ex resignatione, sed prouidetur tanquam vacans ex priuatione penali: & ita intelligi debet Flamin. Parisius lib. 1. de resignat. quest. 3. num. 65. dicens scilicet resignantem beneficium contra stylium curie posse ab Episcopo renunciantio acceptari, & alteri beneficium prouideri, scilicet in penam illius renunciantiois; ac proinde cognita causa, & seruato ordine iuris.

8. Resignatio liberè facta, & absque signatione persona existente aliqua ex supradictis conditionibus assignata à Pio V. admitti potest ab ordinario, & ex eius consensu valida est, & firma, poteritque beneficium sic vacans prouideri cui voluerit, modo tamen non conferat suis, aut resignans consanguineis, affinis, aut familiaribus. Ita enim præcipitur in supradicta constitutione, & quidquid contra, vel præter attentatum fuerit, id totum) ait Pontifex) ex nunc virgi, & affectus decernimus non habere, & alij penam collatores afficiuntur. Hanc constitutionem (ait Garcia) 11. part. de benefic. cap. 3. §. 2. num. 179. non benè seruati in Hispania, ubi præcedit eam non esse receptam, sed esse ab ea supplicatum saltem quoad illud de non conferendis beneficiis religiosis consanguineis, affinis, aut familiaribus collatorum, vel resignantium, & in super addit se audisse ita fuisse per Consilium Regis scriptum Episcopo. Quod autem hæc supplicatio impollia à lege suspendat interim eius executionem, donec secunda iussio suscipiat, docet Francis. de Solla, super constitutione Clement. perueniat, docet Francis. de Solla, super constitutione Clement. VIII. de largit. muner. Regular. interdict. §. 13. n. 109. & 11. & alij circa constitutionem Pij V. de censuris, etio contra tenet Ma.

Man. Rodrig. *gg. regul. tit. 9. c. 6. art. 7. Gab. Vasq. l. 2. c. 2. d. ff. 156. n. 43. & Lorca d. ff. 20. de legibus.*

9. Solum est difficultas; an resignans liberè beneficium in manibus ordinarij, & ab illo supplicans, ut alicui certæ personæ beneficium conferat, vel ea intentione resignans, faciat contra dictam constitutionem: dicitur enim ibi: Caveant autem Episcopi, & alij prædicti. Itemque omnes electores, præsentatores & patroni tam Ecclesiastici, quam laici quicumque sint, ne verbo quidem, aut nutu futuri in huiusmodi beneficiis, & officiis successores ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de iis assumendis promissio inter eos, aut intentio quâlibet intercedat. Prohibetur ergo quælibet designatio, & intentio inter conferentem, & resignantem de dando beneficio certæ personæ. Respondet Suar. *lib. 4. cap. 35. num. 17.* prohiberi quidem resignationem factam cum intentione manifesta conferenti, ut de utraque personæ, etiam si pactum non interueniat: & consentit Man. Rodrig. *tit. sum. cap. 60. num. 1.* cum glossa in *c. part. 1. verbo dimittere* *verf. dum tamen suis terminis* *si contenta de officio delegari.* Gomez in *Rubr. de triennali possessore, questione decima sexta num. 3. & 4. Rebuff. in praxi benef. de resignat. pura, in princ. & in cap. de resignat. conditionali: num. 4.*

10. Ego verò dicendum existimo cum communiori sententia non esse simoniam, nec prohibitam resignationem factam coram ordinario ea intentione, spe ac supplicatione, ut deur certæ personæ, modo tamen non deducatur in pactum ita Nauar. *sum. c. 23. num. 107. & consil. 11. & 38. de Simonia Petr. Gregor. de benef. c. 28. n. 7. Ioann. Gutier. canon. 99. lib. 2. q. 23. n. 75. Azor. lib. 7. cap. 21. q. 3. & cap. 27. q. 6. Flamin. Parisius lib. 12. de resignat. quest. 6. à numer. 3. Garcia. 11. part. de benef. cap. 3. num. 161. & alij innumerati ab eisdem relati. Dicunt enim ij doctores præcipue Nauar. *consil. 38. num. tertio. Flaminus supra, & Garcia supra num. 184.* in supradicta constitutione solum prohiberi resignationem, & intentionem in conuenientem tacitam, aut expressam deducam.*

11. Pro maiori intelligentia superioris doctrinæ infero Primò non habere locum coram ordinario resignationes reciprocas, sed esse, & puniri ut in *Simoniis*. Resignationes reciprocas voco illas, in quibus resigno beneficium meum in fauorem tui nepotis, & tu in fauorem mei resignas: nam licet ibi quædam permutatio videatur adesse, est tamen mixta cum resignatione in fauorem, quæ ordinariis omnino est prohibita, ut ex dictis constat, & tenet expressè Lessius *lib. 2. de iustit. cap. 35. dub. 14. num. 87.* Suarez *lib. 4. cap. 35. num. 18.* Flamin. Parisius alijs relatis *de resignat. lib. 14. quest. 4. n. 3.* Idem est dicendum de renouatione triangulari: v. g. Renouo meum beneficium Petro, ut Petrus renouet suum Paulo, & Paulus suum mihi, fieri enim potest, ut beneficium meum sit commodius Petro, & Petri beneficium Paulo, & Pauli beneficium mihi. Quod autem hic interueniat simonia probatur, *ex cap. tua nos de Simonia cap. fin. de Pænit. vbi in beneficiis omnis pactio, omnique conuentio debet omnino cessare, quando de iure non inest, sed in permutacione supradicta est pactio obligans ad id quod de iure non inest. Nam primus obligat secundum, ut resignet in fauorem tertij, & secundus tertium, ut resignet in fauorem primi: & ita tenet Nauar. *lib. 5. consil. consil. 22. de Simonia. Flamin. de resignat. lib. 14. quest. 7. num. 63. Lessius libro secundo, cap. 35. dub. 14. numero octagesimo octauo, Suarez libro quarto, cap. 35. numero decimo octauo, Garcia multis relatis 11. part. cap. 4. numero vigesimo primo.* Aduertit tamen Lessius, & Suar. censet probabile; esto hæc resignationes fieri non possint coram ordinario, posse tamen duplici permutacione fieri, ut si ego permutem meum beneficium cum beneficio Petri, & habito beneficio Petri permutem cum Paulo: sic enim Paulus habebit beneficium Petri, quod sibi est commodum, & Petrus meum, quod sibi est commodum, & ego Pauli, quod commodum mihi.*

12. Secundò infero; an valeat resignatio à te facta coram ordinario in fauorem tertie personæ sub titulo permutacionis, cum tamen illa tertia persona nullum habeat beneficium permutandum. Et respondeo cum communiori sententia non valere ex vlla parte: ita expressè Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 16. num. 100. Azor. lib. 7. cap. 29. quest. 16. & cap. 30. q. ultim. Suarez libro quarto, cap. 35. num. 20. Garcia 11. part. de benef. cap. 4. numer. 10.* & ratio est; nam si tu cognoscis alium non habere beneficium, non intendis permutare, sed resignare in fauorem, quam tamen resignationem, nequit ordinarius admittere: si tu bona fide renuncias, putans alium habere beneficium permutandum, decipieris grauitet, & error dat causam contractui, ac proinde reddit illum irritum, & nullum. Video tamen Rebuff. in *praxi. quest. de permutat. num. 14. & 15.* sentire validam esse renouationem, & collationem, posse tamen resignantem verum beneficium agere, ut sibi permutatio adimpleatur, vel ut sibi reddatur beneficium, quod renouauit. Sed quod diximus est tenendum.

13. Tertio infero posse ordinarij iuxta probabilem sententiam

admittere renouationem simpliciter factam de beneficio cum reservatione pensionis, quia secundum probabilem sententiam superiori puncto tractatam potest ordinarij ex causa imponere beneficium pensionem: sed quia probabilius est ex recepta consuetudine, & stylo curiæ non posse Episcopum pensionem imponere, ea de causa neque potest beneficij renouationem admittere cum illa reservatione, & docet expressè Suar. *lib. 4. c. 55. num. 12. Lessius lib. 2. cap. 34. dub. 38. & c. 15. dub. 14. num. 9.*

14. Infero quartò responsum illius questionis, an sine manifestatione superioris (qualis est solus Pontifex) possit resignans cum reservatione pensionis obligare resignatarij ad aliqua onera admitenda v. g. v. fidei iussorem secularem, vel aliquam hypothecham assignet, vel illi anticipatè soluat, tunc enim resignatarij futurum tardum in soluendo. Et dicendum est esse simoniacum contractum; quia obligat resignatarij ad id quod de iure non inest, eique ex vi resignationis onus pretio æstimabile imponitur: Lessius *lib. 2. cap. 34. dub. 15. n. 93. Suar. lib. 4. cap. 35. num. 23. in fine.* Quæ resolutio ita vera est, ut etiam ordinarij commissionem haberet imponendi pensionem adhuc huiusmodi contractum approbare non possit: ita Suarez *supra.* Vnde pensio sic constituta possit non solui, & beneficium tanquam vocans propter simoniam impetrari, ut bene dicit Lessius *lib. 2. num. 93.* Verum si post constitutum pensionem obligatur resignatarij ad hæc onera, dicendum est simoniam non committi, neque in foro exteriori debere præsumi, sed potius præsumi debet liberè se obligasse: ita tradit Flamin. *cum communi sententia lib. 14. quest. 7. à num. 53.*

15. Infero quintò simoniam committere resignantem beneficium, & petentem à resignatario solutionem expensarum, quas in eius acquisitione fecit: colligitur *ex cap. super hoc de renouat. & cap. cum pridem de Pænit.* & tenet Lessius *supra num. 94. & Suarez n. 29. & Flamin. lib. 14. de resignat. quest. 7. num. 1. cum alijs.* Ratio est, quia petita quod onus, quod de iure non inest resignationi, non enim resignatio cum afferit illas expensas, sed expensæ factæ sunt ante resignationem in acquisitione beneficij. Ergo beneficium nequit dari cum aliquo speciali onere, quod non daretur, si beneficium illis expensis acquisitum non esset; non enim ob hanc rationem plaris debet æstimari, sicut si possessionem domus multis expensis obtineres, non ob id citius vendere posses, quam si nullis tibi expensis stetit.

PUNCTVM XVIII.

Quæ resignatio confidentialis Simonia sit?

SVMMARIVM.

1. Optimè traditur in Bullis Pij IV. & Pij V.
2. An sola resignatio beneficij, cum accessu, v. g. ingressu, & ingressu, an etiam permutatio in supradictis Bullis prohibetur? sub distinctione respondetur.
3. Quid si resignes cum intentione, ut resignatarij iterum conferat, & resignet tuo nepoti? Affirmant aliqui non esse simoniam, si non deducatur in pactum.
4. Probabilius est oppositum, si intentionem resignatario manifestes.
5. Resignans beneficium cum conditione, ut tibi pensio soluat, solum esse Simoniam tenent plures.
6. At probabilius censeo esse Simoniam confidentialem.

1. **T**ota difficultas est in explicatione constitutionis Pij IV. incipient. *Romanum, &c. quæ est 109. in Bullario data 17. Kalend. Nouemb. anno 1564.* & in explicatione constitutionis Pij V. incipientis, *intolerabilis data Kalendis Iulij anno 1569. quæ est 87. in ordine,* cuius tenor refertur à Nauar. *c. 23. n. 100.*

Materia his constitutionibus prohibita ob Simoniacam prauitatem, est tantum beneficium Ecclesiasticum. Vnde pensio, & quodlibet aliud sub nomine beneficij propriè non comprehenditur etiam si resignetur cum accessu, vel regressu, vel alio quouis modo Simoniaco non prohibetur, nec punitur in his constitutionibus, ut notauit Suar. *lib. 4. c. 43. num. 4.* Personæ verò, circa quas versatur hæc prohibitio, sunt resignantes beneficia, & illa sic acceptantes, deinde collatores, & electores præsentatores, &c. illorum beneficiorum sic vacantium.

Tertio actiones prohibita in iis constitutionibus sunt resignationes cum accessu, regressu vel ingressu ad beneficium, & quælibet alia resignationes, & receptiones beneficij cum reservatione pensionis, vel fructus facta alij. Quibus verbis significatur resignantem non omnino, & absolute beneficium dimittere: sed velle sibi retinere aliquid ius, ut aliquando possit repetere, & accipiens teneatur reddere. Accessus enim vocatur, si mihi impedito ob ætatem, vel alia de causa præ-

latus conferat ius, ut quam primum capax sit, ingrediatur beneficium, quod Petro interim conferatur. Regressus dicitur, si beneficium a me possessum cedam alteri, servato iure regrediendi ad aliud, si forte ille pensionem non soluerit, aut religionem ingrediatur, aut Episcopus fiat, aut praeferatur; ingressus vero dicitur, si beneficium mihi collatum ante captam eius possessionem alteri resignem reservato mihi iure ingrediendi possessionem illius, si ille praeferatur, aut fiat Episcopus: ita explicat Lessius *lib. 2. cap. 35. dub. 16. num. 98.* Suar. *lib. 4. cap. 43.* & tenent omnes Doctores. Quattuor assignantur in illa constitutione Pij V. indicia ad probationem huiusmodi criminis. Quinto loco apponuntur poenae transgressio-

ribus. Ut ergo haec omnia clariùs explicentur, sunt aliqua examinanda, in quibus nonnulla difficultas reperitur. Et in primis circa materiam, & personas contentas in his bullis nihil notandum occurrit. Circa indicia vero huius criminis, & poenas impositas illud committentibus in seq. agemus solum circa actiones prohibitas in his bullis.

2. Dubitatur primò an solum resignatio beneficij cum accessu, regressu, vel ingressu, an etiam permutatio prohibeatur; Possent enim permutantes secum pacisci de dissolvenda permutazione, & regrediendi ad priora beneficia, vel de resignandis illis in fauorem aliorum, vel de soluendo fructus alij, vel aliis. In qua dubitatione respondeo cum Suarez. *lib. 4. cap. 43. n. 11.* videri probabilius sic permutantes non committere Simoniam confidentialem: quia Pontifex solum de beneficiis acceptis ex resignatione, aut cessione loquitur. Permutatio autem non proprie dicitur cessio, & resignatio; ea de causa esto sic permutantes committerent Simoniam, non tamen committunt Simoniam confidentialem, & his canonibus puniuntur. Secus vero affirmandum est de Episcopo, & quolibet alio collatore beneficij, etiam ex causa permutacionis, si sub iis confidentis conferat. Quia verba Pij V. quoad collatores sunt valde vniuersalia: ai enim si ordinarius, aut collator contulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium Ecclesiasticum quouis modo vacans, &c. vacat autem ex causa permutacionis beneficium, ut est recepta omnium sententia relata à Garcia *11 part. de benef. cap. 4. à num. 1.* taliter quod non potest renunciare beneficium ex causa permutacionis redire ad beneficium renunciatum sine noua collatione, etiam si permutatio non sequatur, seu non teneat, aut habeat effectum nisi renunciatio esset in manibus Pontificis, ut multis allegatis probat Garc. *vbi supra.*

3. Secundo dubitatur; an resignatio beneficij facta cum intentione, ut resignatarius iterum beneficium resignet, & conferat tuo nepoti, prohibeatur supradictis constitutionibus? Ratio dubitandi sumitur ex verbis Pij V. ibi: si quis quacunque autoritate Ecclesiam vel monasterium, aut alium beneficium Ecclesiasticum qualecunque ex resignatione, vel cessione cuiuscunque personae simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu etiam *sola dimittentis intentione* receperit, &c. haec confidentia censetur, & subditur infra: In quouis horum casuum confidentiae prauitas sit contracta, licet ipsum confidentiam crimen, & alterius tantum partis conscientia sit admissum. Ex quibus denotatur intentionem dimittentis, etiam si ex alia parte non sit acceptatio, sufficere ad incurtendam hanc Simoniam, & poenas ob illam inflictas.

In hac re est prima sententia probabilis non sufficere resignationem fieri cum intentione manifesta arctandi, & obligandi resignatarium, ut in fauorem resignantis beneficium iterum resignet, aut fructus soluat, sed requiri etiam tacitum, vel expressum pactum huius obligationis. Quia sine huiusmodi pacto non committitur Simonia conuentionalis, & consequenter neque punibilis per supradictas constitutiones: ita expressè Lessius *lib. 2. c. 35. n. 95. & 96.* Suar. *1. 1. de relig. lib. 4. de Simonia c. 43. n. 12.* Azor. *2. 1. lib. 7. c. 27. q. 6.* Nauarr. *c. 23. n. 100. §. 6.* Ad verba tamen Pij V. affirmantij ceteri confidentiam Simoniacam commississe, qui receperit beneficium ea intentione, ut postea dimittenti esset regressus. Respondet Nauarr. *supra* illa verba solum intelligi de praesumptione, hoc est si in exteriori foro probetur dimittentem habuisse intentionem arctandi, & obligandi resignatarium ad sic resignandum beneficium, eo ipso praesumatur resignatarius commississe Simoniam hanc confidentialem; & hanc interpretationem Nauarr. sequitur Vgolin. *tab. 1. de Simon. c. 22. §. 3. n. 1.* & Ioann. Gutier. *lib. 2. canon. quast. q. 23. num. 89.* Zaballus *qu. 280. num. 10.*

4. Verum si rectè penduntur verba Pontificis conuenire eis non potest supradicta solutio; non enim tunc loquitur Pontifex de probatione Simoniae, sed de illius crimine: ait enim in quouis horum casuum confidentiae prauitas sit contracta, casusque huiusmodi supradictis licetis comprehenduntur, ac si illis speciatim expressi fuissent; licet ipsum confidentiae crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum. Atqui vnus ex supradictis casibus est, quando so-

lus dimittens habet intentionem, ut sibi beneficium iterum renuncietur, aut ad illud quoduis modo regrediatur. Ergo etiam absque pacto committit Simoniam prauitatem puniendam in hoc decreto. Quapropter existimo probabilius resignantem beneficium ea intentione, ut resignatarius maneat obligatus iterum in sui fauorem beneficium resignare, vel fructus soluere: committere Simoniam, modo tamen intentio illa recipienti beneficium manifestatur; quia absque hac manifestatione solum est mentalis Simonia, quae poenis Ecclesiasticis non subiacet, ut constat ex *cap. fin. de Simonia*: & hanc sententiam tenet alios allegans Garcia *11. p. de benef. c. 3. n. 184.* Flamin. *de confidem. q. 26. n. 39. & 40.* Suar. *1. 5. de censur. disp. 22. sect. 6. num. 15. & 16.*

5. Tertio dubitatur, si resignes beneficium cum conditione, ut tibi pensio soluantur, committas Simoniam confidentialem? Rationem dubitandi inferunt verba Pij V. circa medium constitutionis: nam loquens Pontifex de beneficio, ait sufficere ad hanc Simoniam incurtendam, ut tibi, vel alteri ius recuperandi referes; cum vero loquitur de pensione, aut de fructibus beneficij, ait esse Simoniam confidentialem, si beneficij fructus, aut pars eorum alij, vel aliis concedantur, vel pensiones soluantur ex eisdem. Ex qua verborum mutatione colligi videtur renunciationem factam cum onere soluendi pensionem, vel fructus dimittendi, Simoniam confidentialem non esse, esse tamen si facta sit renunciatio cum onere soluendi illam pensionem alij, vel aliis: & ita tradunt Nauarr. *conf. 33. n. 4. & conf. 76. num. 6. de Simonia.* Vgolin. *tab. 1. c. 22. §. 1. num. 8.* Menoch. *de arbit. cont. 6. addita, casu 566. n. 8.* Lessius *lib. 2. c. 35. n. 97.*

6. Nihilominus tamen probabilius mihi videtur oppositum, scilicet resignationem factam cum onere soluendi pensionem, vel fructus eidem resignandis, non solum esse Simoniam, sed esse Simoniam confidentialem: tenet expressè Suar. *lib. 4. c. 43. n. 7.* Garcia *11. p. de benef. c. 3. n. 194.* Ratio est prima, quia ibi datur pro confidentia Simoniacae resignatio beneficij sub conditione, ut prouisus fructus illius, vel partem ad vultatem, vel libitum conferentis, aut cedentis, aut alterius relinquat, & remittat. Ergo idem dicendum est de resignatione sub reservatione pensionis, quia pensio pro parte fructuum debet computari. Secunda, quia vna ex coniecturis, quae ibi adducitur ad probandum crimen confidentiae, est, si resignans post resignationem fructus percipiat, quae praesumptio cessaret, si non esset confidentia resignare cum pacto, ut denatur aliqui fructus resignanti. Tertia: quia in Bulla Pij IV. ad cuius confirmationem Pius V. suam expeditur, ut constat ex prooemio, damnatur, ut Simoniacae confidentialis ea resignatio, quae fit cum onere soluendi pensionem, vel fructus beneficij eidem resignanti, ut omnes fatentur, ob cuius causam dicit Lessius *c. 35. n. 97.* se credere hac in parte illam bullam non esse receptam. Quarta: quia per illa verba, *alij, vel aliis*, ut rectè explicat Suar. & Garcia *supra* non debet resignans excludi, imo potius debet comprehendi: cum enim ibi loquitur Pontifex de accipiente beneficium, ut constat ex illis verbis: Si quis quacunque autoritate, Ecclesiam vel monasterium, &c. receperit, ut fructus, vel eorum pars alij, vel aliis conferantur, vel pensiones soluantur ex eisdem hac confidentia censetur: resignans autem alius est ad recipientem. Ergo si recipiens promittit illi soluere pensionem, vel fructus pro resignatione facta, hoc crimen confidentiae censetur commississe.

PUNCTVM XIX.

Quae pacto licita sit ad componendam litem in causis beneficialibus.

SUMMARIVM.

- 1 Cessio beneficij litigiosi ob pecuniam est Simonia.
- 2 Autoritate Praelati licita est conuentio, & pactio entrosa, & cuius praelati debet esse?
- 3 Ex probabili sententia potest fieri compositio inter partes autoritate ordinarij, cum ordinarij vni applicat beneficium sub onere soluendi alteri pensionem.
- 4 Hanc pensionem plures existimant solum pro vita soluendi durare.
- 5 Probabilius est pro vita pensionarij.
- 6 An impediatur hac pensionis impositio si inter partes praecessit conuentio.
- 7 An colligantes possint eligere arbitros, ut litem decident pensione imposita, vel alio onere temporali.

1. **C**onstat apud omnes cessionem beneficij, litigiosi propria autoritate factam propter pecuniam esse Simoniam: habetur expressè *cap. praeterea 1. & 2. de transact. & cap. cum pridem de Praes. cap. 2. de Arbitris, cap. ult. de*

verum permittat. Et ratio est clara; quia datur aliquid spirituale, scilicet ius aliquod in beneficium pro temporali. Idem dicendum est, si auctoritate propria cedas beneficium incerto, & dubio propter pensionem aliquam, vel aliquid beneficium tibi colligantem donatum; tenet Innoc. Panorm. & alij in cap. constitutus de Religiosis domib. & in cap. super eo de Transact. Præposit. in cap. quam pio 1. quæst. 2. num. 2. Decius conf. 43. n. 18. Lambertini de iure patronat. lib. 3. qu. 9. art. 6. & alij quos sequitur Suar. lib. 4. de Simonia c. 51. n. 1. Ratio est, quia in beneficiis omnis pactio, & conventio, quæ ex iure incerto redditur certum, prohibita est. vt ex supradictis capitib. constat. At per huiusmodi pactiorem ius dubium in beneficio firmatur, & certum redditur. Ergo non licet.

2. Verum auctoritate prælati licita est conventio, & pactio onerosa ad componendam licem, conitit & ex cap. 2. de transactioib. cuius autem prælati auctoritas requiritur, pendet ex modo conventionis. Si enim cedas beneficium, quod pacifice possides in colligantem, vt ipse in te cedat ius omne quod habet ad beneficium ligiolum, necessario requirit Pontificis auctoritatem. Et idem est dicendum, si promittes alteri pro cessione litis vicariam, beneficium cuiatum aut illum in coadiutorem tui canonicatus recipere. Ratio constat ex punctis superioribus, vbi resolutum cum communi sententia permutationem beneficiorum approbati ab Episcopo non posse, nisi beneficium pacifice possideantur, secus vero quando in licem sunt vocata, tunc enim requiritur consensus Pontificis.

3. Quare ex probabili sententia solum fieri potest compositio inter partes, quando Episcopus vni ex colligantibus applicat beneficium, sub onere soluendi pensionem alteri colliganti. Possit autem Episcopus huiusmodi compositionem facere, neque indigere auctoritate Pontificis, conitit ex c. nisi de Præbendis, & docent ibi Hostiensis, Panorm. & alij, & Gigas referens alios de pensionib. q. 6. n. 3. & 4. Suar. lib. 4. cap. 51. n. 17. Garcia p. c. 5. a. n. 195. & multis allegatis Gonzalez, Gioffa § 5. a. num. 27. & licet supra resolutum fuerit esse magis probabile non posse Episcopum pensionem in beneficio imponere: at ex causa litis, & concordie ferè omnes doctores affirmant optime posse, vt rectè Granatus ad Simoniam de reservationib. quæst. 62. num. 6. & 7.

4. Dubium tamen est, an dicta pensio possit imponi ad vitam personæ solventis, & retentis beneficium, vel ad vitam pensionarij;

Garcia de benef. 1. part. cap. 4. num. 334. affirmat etiam ex causa litis, & concordie non posse pensionem ab ordinario imponi ad vitam pensionarij, & consequenter neque ad successores transire; & idem tenet Azoritiæ lib. 8. c. 6. q. 1. Moneuntur ex cap. Nisi de Præbendis: vbi Pontifex non vult tolerare, vt pensio imposta ex causa pacis, & concordie transeat ad successores, & redditur ibi ratio, ne furtè circa proventus aliqua videatur facta scilicet prioratus. Deinde in cap. vendens de transact. dicitur transactionem factam de rebus Ecclesiæ per Prælatum sine Pontificis consensu non obligare successorem.

5. Verum pensionem impostam ab ordinario ex causis litis, & concordie transire ad successores, & durare pro vita pensionarij, & esse onus beneficii nulli probabilius videtur: sic tenet Panormit. Cardin. & alij, quos refert, & sequitur Gigas de pensionibus q. 6. & 85. n. 1. & 11. Cacialup quæst. 5. Cambara lib. 6. de officio, & potestate legati. n. 77. Suar. l. 4. c. 51. Mendos. in reg. 33. quæst. 14. num. 11. Redon. de Simon. 2. part. 4. num. 14. & c. 21. n. 36. Quintana Dachas lib. 2. Ecclesiast. a. n. 44. Cuchus in instit. parnis l. 2. t. 8. Sante omnia Camillas Cautius tract. de pens. Episc. n. 10.

Fundamentum huius conclusionis est Textus in cap. de cetero de transactioib. per argum. a contrario: dicitur enim ibi pensionem impostam per transactionem iudicam sine Episcopi auctoritate non excedere vitam solventis. Ergo a contrario si auctoritate Episcopi esset imposta, excederet vitam solventis. Idemque videtur supponi in cap. audiuimus de collationib. Vnde pensio imposta in beneficiis, vt nulla decernitur, & possidentes possunt beneficiis pro fraude commissa in admittenda pensione.

Ad cap. Nisi de Præbendis respondemus, pensionem illam impostam fuisse auctoritate, & potestate arbitraria aliorum iudicum ab Episcopo, quibus nullo modo data erat facultas imponendi pensionem, quæ ad successores beneficij transiret. Caput item veniens de transact. non agit de pensione imposta in beneficio propter illius cessionem, sed de transactione super obligationem decimandi, & remissione, seu diminutione perpetuo duratura, quæ sine Pontificis auctoritate effici non potest, vt bene explicat Suarez cap. 5. numero 18. sine.

6. Aduertendum tamen est non posse inferiores Papa pensionem hanc imponere beneficiario, si aliqua conventio inter partes præcessit: habetur in cap. cum pridem de pactis & cap. Nisi de Præbendis, & cap. præterea 1. & 2. de transact. & docet Garcia innumeris relictis de benef. 1. part. cap. 5. a. Ferri. à Castro. Sum. Mor. Pars III.

num. 341. & Zerola in prævi Episc. 1. part. ver. Simonia §. secundum dubium. Ratio est, quia præsumitur spirituale pro temporali confecti, quando à partibus conventio ortum habuit. Verum Suar. lib. 4. de simonia cap. 51. a. num. 20. affirmant hanc doctrinam non habere locum in conventionibus facta inter partes de pensione spirituali soluenda: possunt enim tunc partes colligantes inter se conuenire in ordine ad consensum Episcopi vt vnus beneficium retineat, alius vero soluat pensionem ex illo: secus vero quando soluenda esset pensio temporalis. Tunc enim si à partibus conventio incepta reprobat, vt constat ex cap. cum pridem: honestatur autem quando ex officio, & prudentia iudicis facta est, vt decidit in cap. Nisi de Præbendis. Quod si aliquando videmus colligantes inter se conuenire, vt vnus retineat beneficium, alius vero expensas in lic factas soluat, hoc inquam auctoritate, & prudentia iudicis faciendum est nulla inter partes conventionem, & obligationem prius factam, aliàs nulla erit talis consensus, & renunciatio, &c.

7. Sed inquires, an possint colligantes arbitros eligere, vt licem decendant inposita pensione, vel aliquo onere temporali beneficiario? Respondeo pensionem non posse ab arbitris absque ordinarij consensu imponi, onus vero temporale optime posse: tenet Suar. lib. 4. cap. 51. circa finem, & probat ex c. 2. de Arbitris: ibi si arbitrium ipsum videris æquitate subnixum, ad obsecrationem illius vtamque partem compellas. Supponitur ergo in illo textu potuisse esse æquum, & iustum arbitrium, & tamen arbitri non erant iudices delegati, neque ordinarij ad causam, sed quidam clerici in arbitratore electi.

PUNCTVM XX.

Qua ratione redemptio vexationis licita sit in beneficiis:

SUMMARIUM.

1. Si in beneficio ius acquisitum habeas redimere vexationem potes, quia est illicita.
2. Socus, si cum aliis præstendas beneficium, & afferas pecuniam, vt desistat, vel ne tibi exceptionem opponat, cum tamen hac omnia optime facere possit.
3. Si acquisito beneficio per certam, & indubitatam institutionem impediaris à possessione capienda, redimere vexationem potes.
4. Si beneficium nondum acquisisti, potes si iniuste impediaris ab illius consecuti, ne, redimere vexationem, à quocumque inferatur.
5. An possis pecunia vexationem precibus, vel muneribus electori factam redimere. Negant plures.
9. Contrarium videtur dicendum.
7. Satisfit fundamentis contrariis.
8. Potes pecunia mouere electores, vt dignissimum eligant casu quo sint inclinati indignum, vel vnus dignum eligere.
9. Idem est, esto vnus tantum reperitur idoneus.
10. Quid in aliis materiis sentiendum est.

Puncto septimo huius discept. diximus de vexatione redimenda in Sacramentis, & remissimus in hunc locum redemptionem vexationis in beneficio.

Communis est sententia doctotum cum D. Thom. 2. 2. quæst. 100. art. 2. ad 5. & ibi Caietan. & Soto. Nauarr. cap. 23. num. 102. vers. 8. Glossa Panormit. Innocent. & alij in cap. quæstium 1. q. 3. & Suarez alijs relictis lib. 4. de Simon. c. 50. habentem scilicet ius acquisitum in beneficio posse redimere vexationem sibi factam in iure illo requisito tollendo. Et habetur expressè in cap. dilectus 1. de simonia vbi præpositus quidam dedit alteri pecuniam sibi promissione non inferendi sibi iniusta grauamina, & Simoniacus non censetur. Idem constat ex suprad. cap. quæstium. Ratio est, quia qui sic dat pecuniam, dat illam pro aliqua re spirituali, sed pro cessatione ab iniuria: non enim per illam redemptionem aliquid spirituale acquiritur. Est enim (vt supponimus) firmiter acquisitum.

Neque aduersus hanc conclusionem obstat cap. Mathias de Simonia, vbi Simoniacus, censetur electus à maiore parte eligentium, eo quod dederit pecuniam cuidam, qui nomine aliorum sibi contradicebat. Nam contradictio non erat circa electionem, sed circa confirmationem, vt explicat Suarez a. 50. num. 9. & ideo non fuit redemptio vexationis in iure acquisito, sed in sine acquirendo, quod an liceat statim videbitur. Secundo respondeo cum Glossa non adfuisse ibi redemptionem vexationis iniuste; poterant enim illi pauci ius electionis infirmare, vel quia forte erant contempti iuxta cap. sicut, & cap. venerabilem. De electione, vel quia allegare poterant fuisse bigamum, & non fuisse dispensatum. Quotiescunque autem potest aliquis iuste mouere licem circa electionem, præsentationem, nominationem, aut institutionem, aut aliud quoduis

quoduis ius beneficij, nullo modo licet habenti beneficium pecunia item remouere, vt ait Gloſſa in cap. cum pridem de Papiſis, & ibi: Abbas num. 9. & Suar. cap. 50. num. 10. & 11. Ratio eſt; quia compararet per pecuniam ius ſuum in beneficio, & quod inſirmum erat, firmaret, & conſeruaret.

2. Ex quo fit, te Simoniam committere, ſi beneficium ſimul cum alijs præſentibus pecuniam tribuas alicui ex competitoribus, vt à præſentibus iuſta deſiſtat; quia tam pecunia paratam ad beneficium, & redimis vexationem iuſtam, quam tibi competitor facit; quod nullo modo licet, iuxta d. textum in cap. Mathias, & Tradit S. Thom. 2. 2. quaſt. 100. artic. 2. Leſſius lib. 2. cap. 35. dub. 18. Baſil. de Leon. lib. 5. de mar. cap. 13. §. 6. numer. 40. Auguſt. Barboſa alios referens 3. part. de poeſt. Episcop. alleg. 60. num. 54. Et idem eſt, ſi pecuniam dares alicui, ne exceptionem opponat, quam iure opponere poteſt; quia iam pecunia ſecutionem reddit viam ad beneficium, ſic alijs relatis Barboſa ſupra.

3. Secundò affirmandum eſt cum communi ſententia acquiſto beneficio per certam, & indubitatam inſtitutionem, ſi à poſſeſſione capiendi impediatis, licet tibi vexationem redimere pecunia; tenet D. Thom. quaſt. 100. art. 2. ad 5. & ibi Arag. diſt. 3. pag. 111. Man. Rodrig. 2. tit. ſum. cap. 59. n. 5. & cap. 61. num. 2. Vega in ſum. 2. part. cap. 10. 1. caſu 19 33. & 44. ad finem & 67. Petr. de Ledelm. 2. p. ſum. tract. 12. concl. 26. & 27. Suar. c. 50. n. 31. Leſſius lib. 2. cap. 35. dub. 18. num. 100. Candiſta communiter in cap. Math. & cap. dilectus 1. de Simonia cap. ad aures, 1. de Simonia. Eſto contra teneant plures relati à Suar. ſupra, & à Garcia 1. part. de benef. cap. 2. num. 53. quos ipſe Garc. ſequitur.

Ratio noſtræ conſuſionis eſt, quia poſſeſſio non eſt ſpiritualis niſi ratione tituli cui eſt annexa; acquiſito ergo titulo poſſeſſio eſt quid corporale, & omnino debita titulo; ac proinde non eſt Simonia illius impedimentum redimere; quia non redimitur ius ſed factum. Sicut ſi poſt titulum plene acquiſitum decimæ negarentur, poſſet dari abſque Simonia pecunia pro illis recuperandis, quia non emuntur vt aliquid ſpirituale, cum non ematur titulus ratione cuius ſunt ſpirituales, ſed emuntur ſecundum ſe hoc eſt quatenus ſunt quid temporale, & vendibile. Secus eſſe dicendum, vt bene aduertit Suar. ſupra, ſi ius ipſum, ratione cuius petit poſſeſſionem, vocaretur in dubium: tunc enim nullo modo liceret pecunia poſſeſſionem redimere, quia redimeretur non poſſeſſio tantum, ſed ius beneficij inſirmum firmaretur, & conſeruaretur.

4. Verum ſi de iure nondum quaſto loquamur, communis ſententia tenet, ſi iniuſte impediatis à beneficij aſſeſſione, te non poſſe pecunia redimere vexationem ab iis, qui beneficium conferre debent, ſecus vero alijs: tenet Soto lib. 9. quaſt. 6. art. 1. ad 5. & quaſt. 7. art. 1. in corp. dub. vlt. Vgoli. tab. 1. cap. 9. §. 8. n. 3. Suar. lib. 4. cap. 50. n. 23 & affirmat eſſe commune theologorum Leſſius lib. 2. cap. 35. dub. 18. n. 108. Man. Rodrig. 2. tit. ſum. c. 61. n. 1. Priorem partem probat textus in c. ſicut ius de Simonia, vbi cenſetur Simoniacus, qui dedit Episcopo pecuniam, vt electionem factam approbare: idem colligitur ex cap. Mathias, cap. de hoc de Simonia. Et ratio eſt; quia ſi eligenti, vt præſentibus, aut inſtituenti in beneficium das pecuniam, vt moueas ad tibi non negandum inſtitutionem, formaliter, & directè das pecuniam, vt eam tibi concedat, & conſequenter pecunia viam parat directè ad beneficium, quod eſt illicitum. Sed reſpondere poteris te non dare pecuniam tanquam pretium electionis, ſed dare pecuniam, vt electoris auaritiam ſaties & prauum illius affectum tollas, & hac intentione te excuſatum eſſe à Simonia vero, eſto in foro exteriori præſumatur.

Reſpondeo hoc eſſe ſatis probabile: ſi enim mupera; & obſequia ea intentione facta præſato nullam iniuſtam inferenti, non inducunt Simoniam, quæ cauſa eſſe poteſt, vt interueniente iniuſta mupera illa Simoniam cauſent? Et ita affirmat Adrian quodlib. 9. indicat. Nauar. c. 23. num. 102. tenet abſolute Valent. 3. tit. diſp. 6. quaſt. 16. part. 3. verſ. prima & ſeq. pag. 1656. eſto contra teneat, Suar. lib. 4. c. 50. n. 28. affirmans ita eſſe receptum ſecundum ſtylum curiæ, & Eccleſiæ, ſed intelligenda ſunt, quoad præſumptionem fori exteriori. Adde vel præſatus tibi male, & iniuſte negat beneficium, vel nullam iniuſtiam in tali negatione committit. Si nullam iniuſtiam committit, redemptionem, vexationem non eſt locus; ac proinde nequaquam poteris dare pecuniam ſub onere collationis, quia eſſet Simonia clara, & manifeſta. At ſi iniuſte negat beneficium; eo quod tu ſolus dignus ſis, vel inter dignos tu dignior, poteris pecuniam offerre ſub onere, vt eligaris; quia non in pretium electionis pecuniam offeris, ſed in remotionem maioris peccati, quod intendit elector committere eligendo indignum, vel dignum præmiſſo digniori. Item habes ius quaſitum, ne in tali conſuſu alius præferatur. Ergo pecunia non acquiritur ius, ſed defendis habitum.

Secunda pars communis ſententiæ, ſcilicet poſſe redimi vexationem iniuſtam omnium illorum, qui ad electionem, præſentationem, collationemque beneficij non concurrunt, ex eo probatur; quia nullibi reperitur prohibitum: omnes enim

textus loquuntur de redemptione vexationis facta circa electionem, aut confirmationem, &c. ab iis, qui illa dare ſolent. Deinde eſt efficax ratio; quia hac redemptione ſolum remouetur impediatis iniuſte applicata, neque proinde via ad beneficium paratur magis quam parata eſſet ante impediatorum iniuſtam poſitionem. Adde quilibet habere ius quaſitum, ne ſibi fiat iniuria, vt ne in ſana ledatur, neque iniuſte detineatur, quin poſſit ſe beneficio opponere. Ergo ſi contra iuſticiam illum infames, domi detineas; poterit ipſe abſque ſimonia vexationem hanc redimere.

5. Sed inquires, an poſſis pecunia vexationem redimere caſu quo vexatio fit precibus, vel muneribus factis electori ne te eligat? Negat Turcicremat in cap. quaſtum. 1. quaſt. 3. n. 3. & Archidia ibi cum Raymundo. Mouentur quia non habes ius acquiſitum in beneficio. Tum etiam quia tibi iniuſtiam non fit, cum nullum ius auferatur: ponimus enim iudicem velle dare beneficium æque digno. Deinde quia ex hac peruerſione iudicis nulla erit obligatio reſtituendi tibi aliquid pro beneficio ſublato, cum nulla ſit obligatio te eligendi. Denique ceſſatio à precibus, & muneribus non eſt æſtimabile præterio niſi ratione beneficij conſequenti. Ergo qui dat pecuniam pro illa ceſſatione, cenſetur dare pro beneficio.

6. Verum contra tenendum eſt cum modernis Theologis non eſſe ſimonia hanc vexationem pecunia redimere: ita Valent. diſp. 6. quaſt. 16. part. 3. pag. 1656. Leſſius lib. 2. cap. 35. dub. 18. num. 109. Suarez cap. 50. num. 25. Man. Rodrig. 2. tit. ſum. cap. 61. num. 2. cum Arag. 2. 2. quaſt. 100. art. 2. verſ. circa ſecundum pag. 1112. Ratio eſt, quia eſto ſubornatus electorem, & iudicem; non tibi faciatis iniuriam contra iniuſtiam, facit tamen nouum contra charitatem, ſiquidem eius animus non reſtingitur liberum, ſed in aduerſum mouet & inclinat. Ergo poteris huiusmodi nouum remouere; ſiquidem eius remotionem non parat magis viam ad beneficium, quam ſi nunquam talis ſubordinatio ad eſſet. Ex quo fit tibi non licere dare pecuniam ſubornatori, vt à ſubornatione deſiſtes tibi ſpecialiter faueat, tuamque electionem procuret; parat enim pecunia viam ad beneficium; poteris tamen illi, dare, vt à ſubornatione deſiſtat; quia das pecuniam vt deſiſtat ab actione tibi nocua. Quocirca in caſu quo ſunt plures electores, & contrarius oppoſitor aliquos ſubornat, non licet tibi alios, vel eodem vt tibi potius quam alteri faueat. Eſt enim hoc directè parare viam ad beneficium acquirendum media pecunia, vt in cap. de hoc. de Simonia prohibetur, & notaui expreſſe Suar. cap. 50. num. 26. exiſtimarem tamen in rigore loquendi licere tibi electoribus iam ſubornatis pecuniam dare non ea intentione, vt tibi ſpecialiter faueant, ſed vt deponant animum, & affectum pro ſeipſo, quem habent erga tuum competitor propter pecuniam ab illo acceptam in hoc enim caſu non parat viam ad beneficium magis quam eſſet parata ante ſubornationem iniuſtam, & in odium tui factam. Video tamen hoc maximo ſubieci periculo incidendi in ſimonia, & in foro exteriori ita præſumitur. Neque in hac parte audiendus eſt Baſil. de Leon. lib. 5. de mar. cap. 14. §. 6. numero. 44. in fine, affirmans liceret dare pecuniam in oppoſitione ad cathedram, quando duo ſunt competitores, neque excuſus clarè apparet, ſi de facto ſcholasticus, qui ſuffragium debet ferre ſua ipſe, poſtulauerit, vel indicauerit, tamen dicat non eſſe licitum offerre. Hoc mihi nullo modo probatur. Exiſtimo namque hac doctrina pluribus iniuſtitijs, peccatis viam aperiri. Quod enim elector poſtulerit pecuniam, non poteſt honeſtate alius receptionem, neque dationem; quia eſt poſtulatio iniuſta. Ergo ſi ſecluſa poſtulatione non licet in illo caſu electoribus pecuniam offerre, neque etiam licetibi petitam dare.

7. Argumenta in contrarium non obſtant: nam eſt tibi non inferatur iniuria in illa ſubornatione, inferitur tamen damnum illicitè, & contra charitatem, quod damnum poteris abſque peccato ſimonia reparare, aut præuocare. Cum vero vtgerur ceſſationem à precibus, & muneribus non eſt æſtimabilem præterio, niſi ratione beneficij conſequenti. Reſpondeo eſſe quidem æſtimabilem præterio ratione non beneficij conſequenti remore & indirectè non per ſe; non enim per ſe ad beneficium conſequentum ordinatur, ſicut eſt in familia Episcopi præterio eſt æſtimabile propter ſpem de beneficio conſequenti, media beneuolentiæ collatoris. Quare ſicut poteris dare pecuniam alicui, ne impediatis ab ingreſſu in domum Episcopi, imò vt immitaris in eius obſequium: ita à forſiori in præſenti caſu; & ſic explicat Leſſius lib. 2. cap. 35. dub. 18. num. 109.

8. Inquires ſecundò, poſſitne pecunia mouere electores, vt digniſimum eligant, caſu quo in aliquo conſuſu vel poſitione, aut electione timeas vehementer indignum, vel indignum eſſe eligendum. Reſpondeo poſſe: ita Calcan. tom. 2. Opus. tract. 9. quaſt. 7. & Soto lib. 9. quaſt. 6. art. 1. ad 3. Maior. 4. diſt. 2. §. 9. ad 2. ij enim loquuntur de electione Pontificis; at generaliter de electione ad quoduis beneficium tractat Nauar. c. 8. §. 102. verſ. 8. Valent. 3. p. 9. 16. p. 3. pag. 1658. quartus

quarto sequitur, & tenet vt probabile Tolet. lib. 5. sum. c. 90. n. 5. sine. Lessius absolute lib. 2. cap. 35. dub. 8. & 19. n. 17. & consentit. Suar. c. 50. num. 42. sine. in casu quo non possit adiri superior, qui prauam voluntatem impeditur.

Ratio est, quia Ecclesia secundum probabilem sententiam habet ius iustitiae commutativae, vt electores magis dignum eligant, vel saltem electio dignioris debita est Ecclesiae titulo iustitiae legalis, aut fidelitatis. Ergo electoribus propensio hoc ius infringere, potest pecuniam tribuere, vt ab illa propensione, & iniuria inferenda desistant. Quia tunc non das pecuniam tanquam pretium electionis, sed sub onere electionis in satisfactionem auaritia electorum, & in eorum sustentationem. Ex quo fit nullo modo licere tibi praeveneri peccato, vel muneribus electores eo colore ne eligant indignum, quando non apparet illos propensos esse ad pravam electionem faciendam: ceteris enim tunc dare pecuniam sub onere electionis, nulla causa legitima excusante, quod est simoniacum.

9. Sed quid, si vnus tantum reperitur idoneus, licet tibi offerre pretium, vt eligatur, postea quod electores velint in alios inclinare; Negat Suar. lib. 4. cap. 50. n. 41. quia daretur pro eius electione, quod est simoniacum, sed debet offerri (inquit) sub conditione, vt non eligatur indignus. At non est necessarium hunc scrupulum iniecerit, sed absolute poteris dare talem pecuniam, vt eligatur ille dignus non tanquam pretium electionis, sed tanquam mortuum tollens pravam illam electionem, & affectum electorum. Quare est electores pecuniam recipiendo simoniam committant; quia non habent causam legitimam, quae talem receptionem honestet. At tu liber es à tali peccato; eo quod in redemptionem vexationis iniustae, & remotionis impedimento legitima electionis tribuas; Sic Lessius lib. 2. de iustit. c. 35. dub. 19. n. 14. Basil. de Leon lib. 5. de matr. c. 14. §. 6. n. 43. Soto Nauarr. Tol. & Valent. supra.

10. In aliis vero materiis extra beneficia clarius procedit redemptio vexationis, si vere iniuste, seu iniuste vexaris. Vnde si iudex tibi neget absolutionem à censura, quam debebat concedere, poteris pecunia ad illius concessionem obligare; quia non das pecuniam in pretium absolutionis, sed sub onere absolutionis in satisfactionem auaritia: Sic Glossa cap. ad aures cap. dilectus et. 1. de Simonia, Panormit. Felin. Praepost. & alij. 1. q. 1. in princ. Hostien. in sum. tit. de simonia. Turres. in cap. nullus Episcopus, 1. q. 1. vbi glossa sapienter habet in 4. q. 2. art. 2. proposit. 7. Suar. c. 50. n. 43. Ratio est, quia hoc honorari facile potest, & nullibi inuenitur expressè prohibendum, ergo, &c. Excepit electiones ad Cathedras in vniuersitate, in quibus non potes electoribus pecuniam dare, vt tibi Cathedram concedant, quamvis intelligas esse digniorem; quia hic modus repellendi vexationem in iis oppositionibus ob grauisima inconuenientia, quae inde oriri possunt, videtur prohibitus.

PUNCTVM XXI.

Quae sint poenae ferendae vel ipso iure impositae simoniaci.

SVM MARI VM.

1. De poenis ferendis quid iura statuunt.
2. Poena ipso iure lata nulla sunt, nisi simonia fuerit commissa in ingressu Religionis, in Ordine, & beneficio.
3. Proponitur obiectio: & fit illi satis.

1. DE poenis ferendis à iudice propter simoniae crimen non potest aliqua regula praescribi; cum pro qualitate criminis poena infligi debeat, vt bene notauit Salzedo in sua pract. crim. c. 91. pag. 269. & alijs relatis Menoch. de arbit. casu 401. in fine. Generaliter tamen aliqua poena ex iure ipso veniunt imponendae. Nam ex dispositione Alexandri III. & Innocentii III. Simoniacus in beneficio deponendus est ad officio, & beneficio: vt in cap. de hoc de simonia. & in cap. cum super, de confessis. Quod tamen intelligi debet, quando crimen est in iudicio probatum. Et absolute quilibet simoniacus si probetur deponendus est (hoc est) ab Ecclesia Dei debet eliminari, atque repelli: vt cauetur in cap. si de simonia. & expressè in cap. erga simoniacos 10. 1. q. 1. vbi dicitur, deponendos esse Apostolica auctoritate laicos. Non tamen est constans inter doctores, an haec poena depositionis imponenda sit pro qualibet simonia, non solum quando via accusationis proceditur, sed etiam quando via inquisitionis: Videndi sunt Hostien. in sum. tit. de simonia. §. qua. ana. Abbas. in c. inquisitionis. De accusationibus Redoan. 4. p. c. 9. à num. 15. Certum tamen est pendente infamia propter accusationem, vel inquisitionem, à monasterio altaris acceri debere. & in c. accusatum, c. quatuor de simon. Quod si delictum sit secretum, & occultum, non est deponendus, est iudici constet, sed poenitentiam

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars III.

secretam debet iniungere, vt in c. ex tua de Simon. Vide Hostien. supra. & Gregor. Lopez leg. 1. 1. §. seq. tit. 17. part. 1.

Infamia vero imponi potest pro quacunque graui simonia, constat ex Glossa in c. ex diligenti de simonia, verbo infamia, vbi Panormit. à n. 6. & doctores alij. & in c. de simonia e. eodem tit. & colligitur ex c. sane 15. q. 1. & in c. ult. 1. q. 3. dicitur, nota infamiae percellantur. Probabile tamen est non posse hanc poenam imponi, nisi casu quo via accusationis procedatur, iuxta c. sane 15. q. 1.

De aliis vero poenis excommunicationis scilicet, suspensionis, & interdicti non ita feruntur à iudice, esse possunt imponi iuxta Textum supra relatos, & referendos.

2. De poenis ipso iure latas affirmandum est nullam esse impositam committentibus simoniam, nisi simonia fuerit commissa in ingressu Religionis, & in Ordine, & in beneficio, docet Syluest. verbo simonia, q. 19. Nauarr. c. 23. n. 41. v. golin. tab. 1. c. 12. & tab. 4. c. 3. Lessius lib. 2. c. 35. dub. 23. Suar. lib. 4. c. 55. n. 5. & alij ab eisdem relati. Ratio huius conclusionis est, quia neque in decreto, neque in decretalibus inuenitur textus imponens ipso iure censuram, vel poenam aliquam simoniaci, vt rectè expendit Suarez supra. Quod verò pro illis tribus poenis impositae sint ipso facto postea videbimus.

3. Dices in extraneis de Simon. edita à Paulo II. quae incipit cum deest ab illo, renouantur censurae omnes, & poenae in antiquioribus iuribus latae, & addit Pontifex, quas ipso facto eos incurtere volumus. Cum autem in iure antiquo multae essent simoniaci imponendae, vt constat ex c. reperiantur c. erga, c. quicquid, cap. nullus Episc. cap. baptizandi cum alijs 1. q. 1. & c. ultim. 1. q. 3. & c. de hoc, ex veniens de simonia, sit sane eiusmodi suspensiones, depositiones, seu priuationes, ac excommunicationes, & interdicta imponenda simoniaci, modo esse imposita ipso iure, & na tenet Garcia 8. p. de benef. cap. 1. num. 44. & specialiter de excommunicatione docet Soto lib. 9. q. 8. art. 2. quod in supradict. extraneis in §. statuentes dicitur: vnicuique, & singuli, qui quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commiserint, aut quod illa fiat mediatores extiterint, sed procurauerint, sententiam excommunicationis incurtant. Cum ergo verba haec generalia sint, neque ad vllam materiam videantur restricta, & efficitur ex vi illorum quemlibet committentem simoniam incurtere excommunicationem Papalem.

Respondeo cum Suar. supra. & Felino in c. de simoniaco de simonia illis verbis, quas ipso facto incurtere volumus, voluisse Paulum secundum, vt simoniaci occulti incurtant eas poenas (si aliquae sint) quae publicis impositae de facto essent secundum ius antiquum. Cum autem probabile sit nullam esse poenam ipso iure impositam secundum ius antiquum etiam publicis simoniaci: fit vt neque modo occultis sit poena aliqua imposita ex vi illorum verborum. Adde, si ex illis verbis censuratae, quae erant ferendae iure antiquo; nunc essent latae ipso iure, vt dicit Garcia, etiam poenae depositionis, & priuationis beneficiorum essent nunc ipso iure latae; siquidem extraneis aequè de omnibus locuta est, vt manifestè constat. Hoc autem nullus est ausus affirmare, aliàs omnes simoniaci in Ordine, & in beneficio essent ipso iure depositi, & priuari omnibus beneficijs; cum haec sint poenae ferendae pro iis criminibus. Deinde si ex illis verbis intenderet Pontifex omnes simoniacos incurtere ipso facto poenas quae iure antiquo erant ferendae, frustra stabiliter specialiter pro simoniaco in Ordine suspensionem, & pro simoniaco in beneficio excommunicationem haec poenae iure antiquo imponebantur ferendae, vt constat ex supradictis textibus. Efficitur ergo ex illis verbis nullam poenam incurtere simoniacos ipso facto praeter eas (si aliquae erant) quae secundum ius antiquum essent ipso facto impositae. Quod verò de excommunicatione specialiter dicitur, in §. statuentes; intelligi debet iuxta praemissa. Praemiserat enim Pontifex sermone de simonia commissa in beneficijs officijs Ecclesiasticis, & subdit: Qui quomodolibet dando, & recipiendo simoniam commiserint (vtrique in beneficijs, & officijs Ecclesiasticis) aut quod illa fiat mediatores extiterint, aut procurauerint, sententiam excommunicationis incurtant, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente non possint absolui, praeterquam in mortis articulo: & in hac explicatione consentit etiam Garcia 8. par. c. 1. num. 44. sine.

Hinc fit committentem simoniam in accipiendis, vel conferendis sacramentis praeter ordinem, in consecrationibus, benedictionibus, dispensationibus, delegationibus, & iurisdictionibus concedendis: Itemque in venditione, emptione, & redemptione, aut commutatione pensionis, vel Vicariae temporalis, nullam poenam ipso iure incurtere; quia non committit in Ordine, beneficio, aut ingressu Religionis; pro quibus solum poenae impositae sunt ipso iure.

Quæ poenæ impositæ sint ingredientibus simoniacè Religionem, vel sic ingressos recipientibus?

S V M M A R I V M.

- 1 Omnes habentur in extrauag. 1. de simon.
- 2 Proponitur quadam obiectio, & si illi satis.
- 3 Non comprehenduntur poenæ Religiosum exigentem aliquid pro suo ingressu, quod intelligitur de ingressu consummato. Probabile est supradictam extrauag. non esse receptam.

1. **S**uperiori puncto diximus solum pro simonia commissa in ingressu Religionis, Ordinis, & beneficii susceptione poenas ipso iure esse impositas, videndum nunc est, quæ sint hæc poenæ. Et primò loquamur de ingredientibus Religionem, illisque recipientibus.

Poenæ igitur impositæ ob ingressum Religionis simoniacum habentur in extrauag. 1. de simonia: ibi enim in primis fertur excommunicatio aduersus singulares personas, quæ exiunt ab ingressu aliquid pro illius receptione in Religione. Vnde si ipse sponte det, vel det in sui sustentationem iam supra diximus non puniri hæc extrauag. & maxime in monasteriis monialium, vbi consuetudo obtinuit exigendi dotem, & propinas ab ingredientibus. Secundo, fertur suspensio generaliter aduersus Capitulum, seu conuentum, si in hac simoniam consentirent. Ratione autem huius generalis suspensionis manet Capitulum suspensum ab officio Capitulari quoad administrationem, & iurisdictionem Ecclesiasticam, non quoad alia munera. Tertiò, simoniaci admissi præter excommunicationem seruatiam indigent dispensatione Episcopi, vt possint in eodem monasterio remanere, vt cauetur in suprad. extrauag. Quapropter tenentur ex illo monasterio exire, & in alio loco archidri remanere: ita habetur in cap. quoniam de simonia: ibi tam recipiens, quam recepta vitque simoniacè sine spe restitutionis de suo monasterio expellantur, & in locum actionis regulæ, &c. collocentur, & exceditur statutum ad omnes Religiosos, & in cap. de regularibus, de simonia, ait Pontifex: Respondemus, vt locum quem taliter adepti sunt omnino dimittant, & solitudines, & alia strictiora monasteria adeant. Hoc tamen intelligi debet postea quam conuicti, & condemnati sint: nam ante condemnationem non tenentur exire, vt notauit Vgolin. tab. 1. cap. 16 §. 4. Lessius cap. 35. dub. 23. sine, Suarez cap. 57. num. 8. Ratio est, quia non apparet textus clare obligans ad supradictam poenam, antequam à iudice imponatur. Nam efficacior est extrauag. 1. de simonia, quæ exigit dispensationem Episcopi ad manendum, sed dici potest exigi dispensationem, si conuincatur, & condemnatur de crimine, vel exigi dispensationem, vt possit remanere in monasterio absque periculo illius poenæ, & condemnationis.

2. Sed obicit Nauarr. com. 4. de Regularib. num. 25. collatio beneficii facta simoniaco nulla est ipso iure. Ergo, Religiosus emittens simoniacè professionem, et sic professio valida fit, non acquirit ex illa ius ad Religiosam sustentationem & locum in choro, & in Capitulo cum voce actiua, & passiua: quia hæc omnia reputantur quasi quoddam Ecclesiasticum beneficium. Ergo tenetur illud monasterium dimittere ante condemnationem, siquidem in illo sustentari non potest.

Respondeo cum Suarez cap. 57. num. 7. & 9. Religiosi professionem secundum omnes doctores validam esse: sed quia ille Religiosus status media professione acquiritur, non est propriè beneficium Ecclesiasticum, sed largo modo, ea de causa non comprehenditur sub lege irritante collationes beneficiorum Ecclesiasticorum: quia lex poenalis non debet extendi. Et alioqui simoniacus occultus cogere in seipsum exequi poenam relegationis, & discessionis à suo monasterio nullo cogente, vel manens in illo non posset vt commodis, & iuribus professorum, quorum vitatio absque scandalo fieri non potest. Hæc igitur onera grauissima sunt, ac proinde imponi non debent absque expressis, & ineuitabilibus verbis legis, quæ in presenti non inueniuntur.

3. Circa supradicta notandum est cum Spar. lib. 4. cap. 56. num. 7. non comprehendi Religiosum exigentem à monasterio aliquid pro suo ingressu. Nam esto ibi interueniat simonia: non tamen puniuntur in suprad. extrauag. Secundo notandum est, probabile esse simoniam puniri in suprad. extrauag. esse solum quæ committitur ingressu Religionis consummato, hoc est in professione. Vnde si pro ingressu Religionis ad nouitium exigetur à te pecunia, esto ibi committeres simoniam, non incideres in supradictas poenas, neque Capitulum suspenderetur, si factum retractaret pecuniam non recipiendo, vel illam reddendo ante professionem. Tertiò, notat Lessius

Ferd. à Castro. Sum. Mor. Pars I. 11.

lib. 3. c. 35. n. 131. ex Nauarr. & Syluest. huiusmodi extrauag. non esse receptam sã tem quoad poenam excommunicationis.

Quæ poenæ imponantur pro ordine Simoniacè dato, & suscepto.

S V M M A R I V M.

- 1 Poenæ est excommunicatio ordinantibus imposita.
- 2 Expenduntur alia poenæ ordinantibus imposita.
- 3 Expenduntur poenæ in ordinatos lata.
- 4 Quæ ratione hæc poenæ tolli possint?

1. **Q**ui simoniacè aliquem ordinat, aut ad ordinem sic conferendum mediator, seu præsentator existit, eo ipso est excommunicatus excommunicatione Pape reserua:ta: habetur in extrauag. 2. cum detestabile, de simonia. Hoc tamen secundum probabilem sententiam non extenditur ad collationem primæ tonsuræ, quia non est verus ordo, & poenæ debent restringi: ita Less. lib. 2. cap. 35. dub. 23. Neque etiam extendi debet ad Notarium, & Ministrum, qui pro literis dimissorius, aut testimonialibus aliquid exiget: neque etiam ad Episcopum, si post ordinem gratis collatum aliquid postea recipiat: nam esto ij omnes peccent, & simoniaci sint iuxta Trident. sess. 21. c. 1. de reformat. non tamen incidunt in hanc excommunicationem, neque in aliquam poenam ipso facto: quia illa verba Concilij: Dantes, & accipientes vltra diuinam vitionem poenæ à iure inflictas ipso facto incurrant, debent referri tantum ad dantes, & accipientes ordines, non ad alias actiones in illo cap. enumeratas: quia solum pro dantibus, & recipientibus ordines simoniacè, aut illorum mediatoribus poenæ ipso iure latae sunt: & ita tradit Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 24. num. 133. cum Nauarr. cap. 23. num. 111. & Suarez lib. 4. cap. 56. num. 5.

2. Secunda poenæ ordinantibus imposita, est suspensio ipso iure à collatione quorumcumque ordinum, que adeo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium: ita habetur in quadam Bulla Sixti V. contra male promotos, quæ incipit Sanctum, & salutare, quam Bullam, etiam Clemens VII. anno 1595. reuocauerit, & ad ius commune reduxerit, non tamen quod poenas simoniacorum, imò potius ibi dixit se velle in suo robore persistere eas omnes, quæ sunt latae contra simoniacè ordinantes, & ordinatos. Tertia poenæ ipso iure imposita ordinanti simoniacè est interdictum ab ingressu Ecclesiæ: habetur in supradicto motu Sixti V. Quarta est suspensio à regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, & perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum, si interdictum ab ingressu Ecclesiæ, & suspensionem à Pontificalia munera violauerit.

Circa supradicta aduerto in supradictis Bullis, & decretis nullam aliam poenam ipso iure latam esse aduersus mediatores, seu præsentatores ad simoniacam ordinationem præter excommunicationem. Solum suspensio per triennium ab executione suorum ordinum illis videtur imposita in cap. penult. de simon. vt docet Greg. Lopez leg. 16. tit. 17. p. 1. Suarez, c. 56. n. 15. sine, & num. 13. quam tamen suspensionem non incurrit, quousque ordinatio de facto fiat, vt ipsemet Suarez. notauit num. 23. sine. verum Lessius dub. 24. num. 134 §. tertio. videtur attentio iure antiquo nullam esse pro ordinante, & consequenter neque modo pro mediatore latam suspensionem: quia casus illius cap. penult. de simonia, videtur sibi esse specialis, neque continere decretum in futurum, & consequenter ad alios casus extendi non debere, & sustineri potest.

Poenæ vero latae in ordinato simoniacè sunt, Prima excommunicatio ipso facto. Habetur in supradict. extrauag. Secunda suspensio ab executione suorum ordinum: ita in supradict. extrauag. non solum eius quem sic suscepit, sed etiam omnium quos habet: illa enim particula suorum ordinum hoc indicare videtur: & ita tenet communis sententia: Greg. Lopez. leg. 11. tit. 17. p. 1. verb. vedado por derecho, Man. Rodrig. 2. r. sum. c. 56. n. 6. vers. el octauo, Lessius dub. 24. num. 135. & Suarez. r. 5. de censur. disp. 31. sect. 4. num. 21. quæuis probabiliter non careat, vt tenent supradicti doctores solum extendi suspensionem ad ordinem simoniacè susceptum, non ad alios rite susceptos, quia licet Pontifex loquatur in numero plurali, dicens: sint ab executione suorum ordinum suspensi, illa locutio pluralis correspondet plurali locutioni præcedenti, loquebatur enim de omnibus, qui ordinati sunt simonia, & de illis statuit, vt sint à suorum ordinum executione suspensi, hoc est quilibet à suo ordine simoniacè suscepto, & omnes simul à suis ordinibus sic simoniacè susceptis. Præterea in Bulla Pij V. edita cõtra male ordinatos, quæ incipit, cum primum, & est 5. in Bullario: sic statuit: Quicumque detestabile vitium simoniacæ prauitatis conuictus fuerit commississe in consequendis ordinibus;

eo ipso ab illorum executione per decennium sine spe dispensationis, sit suspensus, & per annum caeteribus mancipetur & in Bulla Sixti dicitur clericos post hac male promotos, ab executione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensos declaramus. Per has autem constitutiones, ut bene adducit Suarez lib. 4. c. 56. n. 10. non augetur ipso iure poena suspensionis ultra id quod ex iure communi habetur, sed exaggeratur difficultas obtinendi dispensationem, praecipue ad ascendendos ad superiores ordines maxime subsecuta conuictione, & condemnatione. Deinde aliqui extendunt hanc suspensionem in ordine, & procedat etiam si simonia commissa fuerit ignorante ordinato: ita Felin. cap. per rursus, de simonia, num. 3. & dicit esse communem: idem tenet Syluest. verbo suspensio num. 7. Sed contrarium est probabilius, ut tenet Nauarr. cap. 25. q. 68. referens Bellarmin. & Cardin. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 24. num. 136. Eman Sa verbo simonia, n. 12. & 13. Ratio est, quia non est iure expressum, neque aequum videbatur exprimi, siquidem absque eius culpa contigit: cum enim priuari debeat vsu ordinis, cum illum valide, & licite receperit: imo addunt supradicti doctores, te non fore excommunicatum, aut suspensum, etiam si postea amico tribuas premium, quod pro tua ordinatione dedisti, facis enim ne tua causa damnosa patiarur. Et hic modus dicendi videtur satis probari, in cap. de simoniae, de simonia: ibi utpote ipsi ignorantibus simoniaci ordinentur, possunt (quia simoniaci non sunt) in suis ordinibus remanere: & quamuis Glossa addat ex dispensatione, immerito addit, cum nullo textu expresse probentur necessarium esse dispensationem, neque incurrit suspensionem: nam cap. presertim 1. q. 4. quod est ad hanc rem efficacius solum probat post denunciationem etiam, & illius infamiam requiri dispensationem: in cap. vero de Regularib. de simonia, non imponitur priuatio aliqua ipso iure, & praecipue hoc caput, neque alia quae adducit Glossa supra loquuntur de ordinatione, ac proinde non sunt ad rem, cum poena ex vno casu ad alium extendenda non sint.

4. Tandem in supradicta Bulla Sixti v. absolutio harum censurarum, & inhabilitatum Pontifici reseruatur, simulque reuocantur concessiones, & facultates Religiosis concessae Episcopis in Trident. in sess. 24. cap. 6. de reformat. Existimo tamen hac in parte non esse hanc Bullam receptam, imo Lessius dub. 24. num. 134. in fine: ait hanc Bullam plerisque locis ignorari, ac proinde non esse vsu receptam. Idem indicat Sa verbo simonia, num. 12. quatenus ait: simoniaci ocelli suspensio tollitur per penitentiam, & manifesti per Episcopum post penitentiam.

P V N C T V M XXV.

De poenis impositis dantibus, & recipientibus simoniace beneficium.

S V M M A R I V M.

- 1 Quorum beneficiorum datores, & receptores ha poena afficiant.
- 2 Prima poena est excommunicatio.
- 3 Secunda poena est annullatio collationis beneficiorum.
- 4 Simonia commissa in beneficio non priuat ipso iure beneficium vite obtentis.
- 5 Fructus beneficiorum ante simoniam obtentorum non debent restitui.
- 6 Electus, vel presentatus committens simoniam in confirmatione obtinenda, non annullatur eius presentatio.
- 7 Simonia ad alia beneficia obtinenda inhabilem reddit simoniacum.
- 8 Quid dicendum de poenis simoniae confidentialis? Expenduntur supradicta poena.

1. POnendum in primis est iura punientia receptiones, & collationes, aut nominationes ad beneficia Ecclesiastica, & officia loqui de officiis, & beneficiis Ecclesiasticis proprie: quia poenae stringendae sunt, & non extendendae. Vnde pensio, & Vicaria ad nutum amobilis siue sit parochi, siue Episcopi quia proprie beneficia non sunt, non comprehenduntur sub poenis impositis recipientibus, vel dantibus simoniace beneficium: & tradit expresse Nauarr. cap. 23. num. 111. & Vgolin. tab. 4. cap. 5. Suarez cap. 8. num. 45. Lessius cap. 35. dub. 25. num. 137. Nominem autem officij Ecclesiastici in decretis punientibus simoniam in iis commissam, intelligitur idem quod beneficium, ut tradunt supradicti doctores. Neque obstat obtinentem Abbatiam, Prioratum, & Prouincialatum, Recloratum simoniace puniri poenis impositis in extrauag. 2. de simonia: tum quia de iis expresse mentionem fecit supradictum decretum. Tum etiam quia in opinione Nauarr. quasi

quodam beneficia dicuntur. Quocirca officium Inquisitoris, Legati, delegati, Vicarij, & similia absque aliqua poena permutari, vendi, & emi possunt, tamen non absque peccato.

2. Prima poena conferenti, vel procuranti alteri beneficium vel officium Ecclesiasticum media electione, praesentatione, postulacione, institutione, confirmatione, commendacione (si interueniat simonia) est excommunicatio ipso facto, habetur in extrauag. cum detestabile, de simonia: & in supradicto motu Pij V. similiter etiam excommunicantur mediatores, ut parentes, amici, & omnes illi, qui suam operam interponunt, ut beneficium simoniace obtineatur. Deinde recipiens beneficium, vel officium Ecclesiasticum etiam est ipso facto excommunicatus, ut ex suprad. extrauag. & motu Pij V. constat & docent omnes.

3. Secunda poena imposita in suprad. extrauag. est irritatio, & annullatio prouisionis, & collationis. Vnde nullum ius per talem prouisionem acquiritur, & sic recipiens beneficium, non facit fructus suos, sed dab periculo animae tenetur restituere. Quod verum est, etiam si simonia commissa sit ab alio tertio, si tu sciuit, & non contradixisti. Habetur, cap. nobis fuit 27. de simonia, iuncta Glossa, & cap. sicut tuis 33. eodem tit. & tradit Couarru. Reg. peccatum, p. 2. §. 7. num. 7. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 25. num. 137. Suarez lib. 4. cap. 57. n. 28. At si sciuit, & contradixisti, valida est collatio beneficij tibi facta, ut habetur cap. sicut tuis, de simonia. Haec tamen contradictio nihil prodest, si ea non oblatante ante collationem licita pecunia datam esse, & nihilominus acceptes beneficium: quia absolute recipis beneficium simoniace datum, neque contradicis. Vnde etsi non incidas in excommunicationem, quia non es causa simoniaci contractus, efficietis tamen inhabilis ad beneficium, ut patet ex cap. penult. de electione, & notat Lessius cum aliis lib. 2. cap. 25. dub. 15. num. 143. §. secundus est, Suarez lib. 4. cap. 59. n. 29. Quod si te ignorante, neque contradicente, quia nullam suspicionem habuisti ad contradicendum simonia commissa sit ab aliquo tertio tunc subdistinguedum est, si in ordinem tui simonia commissa est non tenetis beneficium resignatum: quia valide tibi collatum fuit: colligitur ex cap. nobis fuit, & cap. sicut tuis literis, de simonia. Secus si amicus pecuniam te ignorante dedisset, tenetis simul ac scieris, beneficium, ac fructus illis dimittite, ut ex supradictis capitulis constat, & tradunt doctores supra relati. Adde te factum fuisse inhabilem ad tale beneficium retinendum cap. nobis, fuit de simonia, & cap. penult. de Electione, ubi dicitur Episcopum non posse dispensare in praetura, quae per simoniam tibi collata fuit, etiam te ignorante; secus vero si sit beneficium simplex: sequitur ergo te redditum esse inhabilem ob culpam committentis simoniam.

Notanda tamen est differentia inter hunc ignorantem, & alium qui scienter beneficium simoniace recepit. Nam scienti non prodest regula de triennali possessore, sicut neque intus, ut bene Gomez reg. de trienn. possess. quast. 12. & secundum probabiliorum sententiam hoc extenditur ad simoniam conuentionalem completa ex parte rei spiritualis. At ignorantem per triennium cum illa ignorantia possederit beneficium fuit supradicta regula, & neque ei potest his intentari, quia bona fide, & colorato titulo possedit: ita Gomez supra, & Vgolin. tab. 4. cap. 6. §. 9. & Suarez lib. 4. c. 57. num. 9. Lessius c. 35. dub. 25. num. 140. §. quarto. Insuper aduerto, electionem esse validam, si commissa fuit simonia cum aliquo ex electoribus, si tamen alij qui non delinquunt sufficientes sint ita: Abbas in cap. cum super. de offic. delegat. n. 13. Suarez §. 1. in 3. part. dist. 14. sect. 2. Nicol. Garcia 5. part. de benefic. cap. 5. num. 74. Man. Rodrig. 2. 2. sum. cap. 59. num. 6. conclus. 5.

4. Sed dubium est, an simonia commissa in beneficio te priuet ipso iure beneficiis vite obtentis?

Respondeo ipso iure te non priuari beneficiis vite obtentis: ita expresse Nauarr. cons. 92. de simonia, Vgolin. tab. 4. c. 6. §. 6. num. 3. Suarez lib. 4. cap. 58. num. 6. Man. Rodrig. 2. 2. sum. cap. 56. vers. il nouo. Ratio est; quia respectu beneficij acquirendi est lex prohibens, & annullans actum: respectu vero beneficiorum est lex poenalis quae non obligat vsque ad condemnationem, ut probat Castro de lege panali, lib. 2. c. 19. Couarru. in cap. omnes num. 9. de Testamentis, & in 4. decret. 1. part. cap. 6. §. 8. num. 10. Nauarr. cap. 13. num. 10. Praeterea quia nullibi est expressa talis poena, scilicet priuatio ipso iure beneficiorum vite obtentorum cum eo rigore: nam licet in cap. inquisitionis, de accusationibus dicatur obtinentem beneficium simoniace esse impedimentum a reiteratione beneficij, etiam post peractam penitentiam, intelligendum est a reiteratione eiusdem beneficij, sed a reiteratione condemnatoria, siquidem iuscunq; beneficij secuta sententia condemnatoria, siquidem tibi equiparatur simoniacus homicida, qui beneficiis non priuatur ipso iure ante sententiam, sed venit priuatus, ut colligitur ex cap. clericus, de clerici, & vel monachi, ubi honore priuatur, & docet Nauarr. c. 8. de simon. n. 5. fine.

5. Ex iis inferto primo fructus beneficiorum ante simoniam

nam obtentos non esse ipso iure restituendos: siquidem habitum iure ad beneficia, & in fructus habetur: & ita tradit Suarez lib. 4. de simon. c. 58. num. 8. Per sententiam autem priuari potest illis fructibus, non quia non percepti sunt ex beneficiis post commissum delictum, sed quia potest ei imponi poena pecuniaria pro delicto simoniaci: sicut & poena corporalis, quando delicti gratias id postulat: sententia autem condemnatoria in fructibus ad ipsos fructus terminari debet. Neque sufficit, si sit condemnatoria, & priuatiua beneficiorum, ut intelligamus ad fructus perceptos extendi: si quidem sunt res omnino distinctae, ut recte Suarez c. 58. num. 8. verum Rebuff. de pacificis possession. n. 265. & pract. benefical. tit. de modis amitt. beneficia, n. 33. & Bernard. Diaz in pract. c. 135. existimant priuari posse fructibus perceptis, de beneficiis acquisitis ante simoniam, quasi retrahendam priuationem beneficij, ut in heretico, iuxta c. cum secundum leges, de hereticis in 6. Sed quod diximus est probabilis.

6. Infero secundo, electum, vel presentatum committentem simoniam pro confirmatione, non obinde eius electionem, vel presentacionem ritè factam annullari: & tradit Lessius lib. 2. c. 35. dub. 25. num. 138. & Suarez lib. 4. c. 58. num. 6. & colligitur ex c. confirmationem, de electione in 6. ubi non censetur prior actus irritus ob irritationem posterioris. Per sententiam autem venit irritanda electio illius qui pro confirmatione simoniam commisit: ut tradit Vgolin. tab. 4. c. 6. n. 4. §. at quid, cum Felino, & aliis in c. sicut eius, de simonia. Verum si in electione, vel presentacione simonia commissa fuerit, omnes actus subsequentes sunt irriti: quia validi esse non poterant absque illis. Non enim confirmatio valida esse potest, sine eo quod electio valida proponatur.

7. Rursus inquires: an hæc simonia te constituat inhabilem ad alia beneficia obtinenda? Respondeo probabilis esse iuxta Constitutionem Pij V. te ipso iure inhabilem reddi, inquit enim Pontifex illis scilicet beneficiis per simoniam acquisitis sit ipso iure priuatus, & perpetuò sit inhabilis ad ea, & quocumque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda: & ita tradit Suarez lib. 4. c. 58. num. 11. Verum Nauarr. conf. 92. de simon. existimat inhabilitatem ad beneficia obtinenda ipso iure non incurrere: quia in hac parte ista constitutio non est recepta, & censetur Suarez supra, & Lessius c. 35. dub. 26. cum etiam respectu simoniaci confidentialis requirit sententiam declaratoriam criminis ad inhabilitatem contrahendam respectu aliorum beneficiorum.

8. Sed quid de poenis simoniaci confidentialis? Respondeo poenas impostas committentibus crimen confidentiarum iuxta supradicta sunt. Prima: excommunicatio Papæ reservata tam dantibus quam accipientibus. 2. Episcopis, & collatoribus interdictum. 3. Religatio, & collatio beneficii nulla. 4. Inhabilitas ad idem, & ad alia beneficia obtinenda. 5. Retrahatur illud beneficium in quo delictum commisit sed i. Apostolica, ita ut ordinarius non possit in illius provisione intervenire. 6. Fructus male percepti cameræ Apostolicæ applicantur. 7. Priuatur committentem omnibus beneficiis, & personis antea obtentis, & inhabilitatem inducit ad alia obtinenda.

Circa supradicta aduerto, has poenas ipso facto incurri, ut constat ex extrau. Pij IV. incipiente: Romanum, &c. quæ est 109. in Bullario; & ex Constitutione Pij V. incipiente: Inolerabilis, quæ est 87. in ordine. Excipitur tamen primò priuatio beneficiorum antea possessorum: hæc enim requirit saltem sententiam declaratoriam criminis, vt tenet Suarez lib. 4. de simon. cap. 43. n. 13. & 14. Secundò excipitur inhabilitas ad reliqua omnia beneficia, quæ etiam expostulat sententiam declaratoriam criminis iuxta receptum usum: ita tenet Lessius lib. 2. c. 35. dub. 26. n. 147.

Deinde est notandum necesse non esse simoniam completi ex vtraque parte, hoc est beneficium datum in confidentiam iterum renouari, sed sufficit, si beneficium detur ea conditione, vt dimittenti, vel alteri resignetur, vel fructus illius soluantur, & ea intentione recipiatur, vt habetur in supradictis Bullis: & notauit Lessius & Suarez supra, & Nauarr. cap. 23. n. 100. vers. secundò nota, & Man. Rodrig. verbo simonia, c. 56. n. 7. vers. il. 2. se ha de nota.

De mediatoribus, & interuentoribus in supradictis Bullis nihil expressè cauetur: quare solum ex extrau. 2. de simonia, incidunt in excommunicationem secundum probabilem sententiam, quando simonia ex vtraque parte completur, & secundum probabilem, quando beneficium ea conditione recipitur.

PUNCTVM XXVI.

An acquisita per simoniam debeant restitui?

SVMMARIVM.

1. Nihil spirituale excepto beneficio debet restitui.

2. Proponitur obiectio, & soluitur.
3. Pretium receptum ob beneficium, vel aliud spirituale, si beneficium non desit, tenetur danti restituere.
4. Si desit beneficium, etiam tenetur restituere ante sententiam.
5. Expenditur cui est facienda restitutio.
6. Pro alia quantis simonia receptum non debet restitui ante sententiam.
7. Quid dicendum in aliis simoniis stante iura natura.

1. **C**VM acquisita per simoniam in duplici differentia esse possint, alia temporalia, alia vero spiritualia. Dicendum in primis est de spiritualibus obnoxia non esse restitutioni neque ex iure diuino, neque Ecclesiastico præter beneficia: est communis sententia doctorum, vt testatur Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 29. & 30. in princ. Suar. lib. 4. cap. 59. a num. 28. Ratio est: quia iure diuino solum requiritur ad validam translationem rerum spiritualium potestas, & intentio in conferente, & capacitas in suscipiente. Quod autem fiat pro pretio, vel sine illo non obstat validitati actus, vt constat in omnibus Sacramentis si pro pretio essent administrata, & in consecratione Ecclesiarum, altaris, & similibus. Et de professione Religionis etiam certum est, neque iure diuino, neque Ecclesiastico irritam esse propter pretium factam, vt colligitur manifestè ex c. veniens, de simonia. Quocirca si compates reliquias sanctorum, grana benedicta, ius patronatus, licentiam eligendi confessorem pretio aliquo, non tenetur ea dimittere, siquidem non peccasti contra iustitiam dando pretium pro illorum acquisitione, sed solum peccasti contra Religionem indebitè tractando res Ecclesiasticas. Solum excipiuntur (vt dixi) beneficia, quæ si per simoniam realem acquiras, tenetur dimittere iure Ecclesiastico ob extrau. cum deestabile, de simonia: est enim collatio irrita.

2. Obiicit potest c. si. de Pactis, c. praterea, de transactio. ubi omnis pactio, transactio in spiritualibus nullius esse momenti censetur: si igitur nullius est momenti, tenetur sic acquirens rescindere contractum, & rem spirituales relinquere. Respondet Lessius c. 35. dub. 30. n. 168. sine rem spirituales, quæ restitui potest, esse restituendam, si pretium redatur, quod pro ea datum fuit; secus verò si pretium non redatur; aliàs cogetur vna pars rescindere contractum nulla sibi facta compensatione. Secundò tamen respondeo cum Suar. lib. 4. c. 60. n. 4. supradictos textus, & similia loqui solum in materia beneficii: Quod si velis vt loquantur in omni materia, dicendum est loqui de pactione inducente obligationem in futurum, quæ omnino est irrita, & nullius momenti, vt potest quæ obligat ad malum, & peccatum, non de actione, seu traditione, qua de facto res spiritualis pro temporalis donatur.

3. Maior est difficultas de pretio recepto pro spiritualibus: qua ratione tenetur quis ad illius restitutionem.

Primò certum esse debet, si accipias pretium, vt conferens beneficium, vel aliud quodvis spirituale, te teneri ad restitutionem non impleta conditione: in hoc omnes conveniunt: imò tenetur restituere danti quia nullibi cautum est alteri restitutionem esse faciendam: ita Calet. in summ. verbo simonia, c. 3. Victor. 2. p. vel. n. 6. Nauarr. cap. 23. num. 104. Sorus quæst. 8. art. 1. Suarez lib. 4. cap. 59. num. 2. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 31. num. 170. Non tamen repugnat potest dante propter turpitudinem admissam, vt bene Couart. ad reg. peccatum, part. 2. §. 2. num. 8.

4. Secundò certum est, ex iure Ecclesiastico pretium receptum, pro presentacione, collatione, confirmatione, &c. beneficii debere necessariò restitui ante iudicis sententiam: ita multis relatis docet Suar. lib. 4. cap. 60. num. 3. Lessius dub. 30. num. 169. & expressè deciditur in cap. de hoc, de simonia: ubi Glossa, & doctores: ait enim Alex. III. scribens ad Tolentan. Archiepiscopum. Regem, & principes eius debes inducere, vt si quæ receperint à præfato Episcopo, vt eius electioni præstarent assensum, Ecclesie Exoniensi sine diminutione restituant, cum ea sine graui suæ salutis periculo retinere non possint.

5. Petes, cui debeat fieri hæc restitutio? Respondeo ex iure communi faciendam esse Ecclesie, in qua est beneficium, & constat manifestè ex supradict. cap. de hoc, & ita docuit D. Thom. q. 100. art. 6. ad 3. Potest tamen fieri pauperibus de arbitrio superioris, vt tenet, ibi D. Thom. & Doctores: imò fieri posse pauperibus ex consuetudine recepta: tenent multi allegati à Couart. reg. peccatum, 2. part. §. 3. n. 6. & fuit D. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 7. ubi dicit pretium simoniacum non esse restituendum danti, sed in elemosinas erogandum. Aduerto tamen non videri improbabile pretium acceptum pro donatione beneficii restitui posse ante sententiam iudicis ei qui dedit post sententiam, cui iudex addixerit: Sic Sorus lib. 9. q. 8. art. 1. & Bannez 2. 2. quæst. 32. art. 7. Arag. 2. 2. quæst. 100. art. 6. vers. ad 2. argum. pag. 1135. Man. Rodrig. 2. tit. sum. cap. 66. num. 4. & reputat probabile Lessius dub. 31. num. 171. & Valen. ff. 4. disp. 6.

disp. 6. quæst. 16. part. 6. vel. sed quæret aliquis pag. 1675. Ratio est: quia dans pretium non abdicat à se dominium, cum non alia ratione intendit abdicare, nisi quatenus in venditionem, transferret; non transfert in venditorem, quia incapax est, manet ergo apud ipsum. Quod si dicatur Ecclesiam priuare empitorem dominio pecunie datæ. Respondetur, facile, hoc non fieri nisi per legem penalem, quæ neminem ante sententiam re sua priuat. Item quia nulla est lex penalis obligans clarè, vt pretium sic acceptum danctibus non restituatur. Nam esto in cap. de hoc, dicatur debere restitutionem fieri Ecclesie, hoc tamen videtur accipiendum per condemnationem. Nam sine illa solùm inferitur debere restitui; eoquod non possit sine graui salutis periculo retineri.

6. Tertio dicendum est, pretium receptum pro qualibet alia simonia iure Ecclesiastico restituendum non esse ante iudicis sententiam quia nullo decreto habetur expresse. Ita Suar. lib. 4. cap. 60. num. 9. et 11 & Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 30. circa finem. & constat primo de simonia ob ingressum Religionis ex extravaug. sanè de simonia: vbi permittitur acceptum retineri, modo in priuatam vitam Abbatis, vel Abbatis non conugetur, sed in communem vsum conuertitur. Neque obicit cap. veniens, de Simonia, vbi mandat Pontifex suo legato, vt Abbatem, & monachos, qui pro receptione in monasterium pecuniam receperunt, ad illam restituendam compellat: quia compelluntur ad pecuniam restitutionem, dum ipse religiosus compellitur in alio monasterio deseruire. Quia tamen religiosus sic ingressus ante sententiam iudicis non tenetur monasterium relinquere, vt supra diximus; & docet Suar. illo cap. 60. num. 11. sic sanè neque Abbatem, & monachos teneri pecuniam restituere ipsimet religioso, quod ideo est, quia religiosus ad aliud monasterium transiens iustum erat, vt secum pecuniam datam ferret in alimenta: dum autem in eodem monasterio manet, possunt Abbas, & monachi retinere pecuniam, neque tenentur restitutionem facere: præcipue cum restitutio iuxta illum textum ei facienda sit, qui capax non est proprietatis, dominij, sed eo ipso quod pecuniam accepit, in monasterium transferenda esset. Quod si ipse religiosus sponte sua, & absque sententia vellet illud monasterium relinquere, & aliud ingredi, tunc sanè teneretur Abbas, & monachi illius primi monasterij restituere pecuniam secundum monasterio ex iure nature; quia ipsi non habent titulum, ob quem talem pecuniam retineant, vt pote quia onus non subeunt atendi religiosum. Adde ibi dici posse illum F. Presbyterum, ante professionem consuluisset Pontificem de conuentione cum monasterio facta, aliàs non mandaretur pecunia ei restitui, si quidem illius non erat capax facta professione. Et in hoc sensu iure nature tenebatur Abbas, & monachi ei pecuniam restituere. Tum quia deceptus illam dederat, putans esse de consuetudine monasterij. Tum & præcipue quia causa ob quam data fuit pecunia adimpleta non fuit; si quidem erat professio facta: Quapropter in nullo sensu ex hoc textu colligi potest teneri monasterium restituere pecuniam acceptam. De Simonia autem in ordine, & in aliis materiis nullum etiam Ecclesiasticum ius inuenitur obligans ad restitutionem pretij ante sententiam iudicis. Nam in cap. audiuius præcipitur, vt si aliquid Episcopi exegerit, vt permittant in Ecclesiis sibi subiectis clericos inliciti, monachos profiteri, mortuos sepeliri, restituant duplum in utilitatem loci in casus dispendium id factum est: sed hæc omnia intelliguntur post sententiam, vt ibi Abbas notauit cum aliis & Suar. lib. 4. de Simon. cap. 60. num. 13.

7. Quare dicendum est, si secundum ius nature loquamur, recipiens pecuniam pro administratione Sacramenti & Sacramentalium, non tenetur restituere, quia ministris, & dispensatoribus debetur congrua sustentatio. Vnde hic solum peccat in modo recipiendi; quia scilicet recipit pro re spirituali. Quare si muret intentionem, & recipiat, aut retineat in stipendio sibi debitum, non peccabit. Quod si vltra congruentem sustentationem recipiat, tenetur restituere; quia illicitum est, & contra iustitiam.

Pro Sacramentalibus permanentibus, si forte ex eorum datione aliquid datum patris vel corporale vel spirituale, poteris absque iniustitia (esto non absque Simonia) exigere quanti in animo tuo aestimas incommodum illud, v.g. Priuas reliquias sanctonum, vel corona benedicta &c. poteris absque iniustitia pro iis pretium exigere: non enim iure nature obligaris hoc incommodum patris expressè Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 28. num. 158. et num. 162. esto contra tenet Suar. lib. 4. cap. 59. num. 42. probatque solum ab inueniente; eo quod absque iniustitia posses Missam vendere distincto pretio ab stipendio propter incommoditatem, quam patris priuando re illo fructu, quem alteri applicas, & alias posses satisfactiones proprias absque iniustitia vendere. Sed hæc omnia non multum vrgent, etiam si admittantur: faciemus enim esse grauissimum peccatum contra religionem hæc omnia venalia facere, non tamen contra iustitiam; ac proinde iure nature, imo neque Ecclesiastico obligatum te esse restituere.

Quomodo Simoniae crimen probari possit, vt Simoniaci puniantur, & condemnentur?

S V M M A R I V M.

- 1 Notorietate criminis probatur.
- 2 Coniecturis, & præsumptionibus probari potest: & quales hæc debeant esse.
- 3 Qualiter socius criminis in hoc delicto possit esse testis.
- 4 Sententia data appellatione non suspenditur in eis, quando ipso iure pena imponitur.

1. DE iis optime tractat Flamin. Paris. lib. 14. de rescriptis. quæst. 8. et 9. & seq. & Rodoan. de Simonia p. 4. c. 6. Malcard. de probat. concl. 1304. & seq. Fatim. conf. 75. Ex illis breuiter accipe.

Primo probanda venit Simonia criminis notorietate, e. de manifesta cum duobus seq. 2. q. 1. Secundo euidetia facti, cum quis in crimine comprehenditur i. cap. si quis Diaconus 50. dist. cap. si quis clericus. 83. dist. cap. Presbyter. 53. dist. Tertio ex partis confessione cap. Presbyter. 15. q. 5. cap. de sec. simonia. Et ampliatur etiam illa confessio fuerit facta in iudicio criminali, vt constat ex decisionibus allegatis à Parisio supra num. 6. Quarto per famam. Quinto per instrumentum in quo adest promissio, vel pactum. cap. placuit. 16. quæst. 3. Sexto per correptionem hoc est, quando vnus scias fuisset propter alium, vt si renunciauit tibi beneficium, & ego concessi pensioni, vel aliam renunciationem in tui fauorem feci coram eodem notario, testibus, & eodem die seu vt dicitur inconstanti: tunc enim induitur sufficiens præsumptio simoniae: quæ ratione in cap. emendari. 10. q. 1. quæst. 1. prohibetur in baptismo manus in concham miratur, ne sacerdos quod gratis accepit, pretio dare videatur. Quod si diuersis temporibus fiat, non est sufficiens probatio simoniae, vt multis doctoribus, & decision. probat idem Paris. lib. 14. quæst. 9. ad 9. c. 9. ad finem quæst. & num. 20. notat notarium de instrumento Simoniaco rogatum non posse apponere de Simonia vigore illius instrumenti Simoniaci per ipsum confecti, quia detegeret suam turpitudinem.

2. Dubium tamen est; an coniecturæ, & præsumptiones sufficiant ad probandum Simoniacum? Respondendo sufficere: ita tenet communis sententia, Abbas in cap. in instrumentum de Simonia, Menoch. conf. 67. num. 7. volum. 1. Salzed. in præd. crim. cap. 9. num. 27. 1. vel. sola signa Felin. Roland. Iulius Clat. & alij quæ tenentur sequitur Flamin. lib. 14. quæst. 1. Ratio est, quia Simonia vitium inter gratulata crimina reputatur, comparatur enim homicidio, hæresi, & idololatriæ, in quibus per præsumptiones, & coniecturas probatio fit. Debet tamen præsumptiones, & coniecturæ esse euidenter, & reum de crimine conuincentes: Glossa vlt. in cap. instrumentum, de Simonia, debentque plene probari, vt docent omnes teste Alexand. de Neuo conf. 64. num. 2. et seq. Iulius Clarus S. Simonia in fine, et S. vlt. q. 20. & multis allegatis docet Flamin. lib. 4. de religione quæst. 8. num. 14. et seq. & Salzedo vbi supra, & Azbedo conf. 50. num. 4. cum Baldo in leg. singulari. Cod. de probationibus & facti lex 12. tit. 14. part. 3. Probatio tamen vnus coniecturæ, & præsumptionis non sufficit sed necessarii debent esse duæ præsumptiones cum aliis iudiciis integrè probatæ, & hæc plenam facere probationem docet Abbas in cap. tertio loco in sua de probationibus. num. 5. 6. et 7. & tradit illa. fons. de Azbedo conf. 28. num. 94. Vnde quælibet præsumptio, & coniectura debet esse in suo esse perfecta, & omnino conuincens: aliàs nullius erit momenti. Neque iungendæ sunt præsumptiones, ita vt ex pluribus illegitimis probationibus vna conuincatur testatur Antonin. Gom. 2. 3. var. cap. 12. num. 18. Malcard. de probat. 1. conclus. 1224. num. 13. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 46. & melius Antonin. Gabriel. in conclusum. suis tit. 1. de probat. concl. 1. per rotam, & alij, quos sequitur Azbedo conf. 30. num. 43. Quocirca in coniecturis, & præsumptionibus, quæ apponuntur in Bullis Pij IV & Pij V. ad probandum crimen confidendi conueniant doctores non quamlibet ex illis ritè probatam inducere probationem euidentem criminis commissi, sed quælibet ex illis ritè probata inducat præsumptionem, & aliis concurrentibus coniecturis plenam probationem, vt etudè tradit Flamin. Parisius de confiden. quæst. 27. 31. 32. 34. 49. et 77. & Garcia de benef. 11. part. cap. 3. num. 297. et seq.

3. Secundo dubitatur, an particeps delicti possit, esse testis in hoc delicto? Huius dubitationi sufficenter satisfecimus tractatu de fide disp. 3. part. 15. ibi enim diximus in iis criminibus exceptis socium criminis admitti ad testificandum, si tamen non fuerit simul socius muneris, neque criminaliter procedatur, sed solum equilater, vt habetur in cap. Mediatores 1. de

DE
AS
TR
DALA
TON.

testibus, lib. 6. esto secundum leges, & praxim receptam etiam si criminaliter procedatur, socius criminis admittitur ad testificandum contra socium, & eius testimonium non solum est indicium, sed etiam ferè templenè probat. Vide Flamin. Parif. lib. 14. de resign. quest. vlt.

4. Tandem aduerto conclusa probatione, si detur sententia aduersus Simoniacum appellatione non suspendi, sed mandati debere executioni in iis, in quibus ipso iure imponitur pena. Nam in iis penis, quæ imponuntur ipso iure, sententia declaratoria facit transire in rem iudicatam, vt reuoluit Ananias, & Felin. in cap. sent. de Simonia, & Maranta de ordine iudicior. 6. par. ad. 2. n. 87. qui affirmat in hoc casu non esse acceptandam appellationem, & Man. Rodrig. 2. l. sum. verbo Simonia, cap. 56. num. 6. in fine, ante 7. conclus. dicit in praxi ita esse receptum.

PUNCTVM VLTIMUM.

De potestate dispensandi cum Simoniacis.

SUMMARIVM.

1. Solum Pontifex ante contractam Simoniam habet hanc potestatem, illa contracta in penis ferendis aliquando Episcopus.
2. Quis possit ab excommunicatione, suspensione, & interdictione absolueri?
3. Quis ab inhabilitate ad beneficia? Probabilius est solum Pontificem dispensare posse.
4. Probabilitate non caret posse Episcopum si occulta sit.
5. Sic dispensatus sine alia bona collatione beneficium possidere potest.
6. Limitant aliqui, dummodo beneficium sit de collatione ordinarij dispensantis.
7. Non approbatur limitatio.
8. Forma ad dispensandum nulla est præscripta.
9. Si inhabili Pontifex concedat beneficium cum illo illa in parte dispensat.
10. Proponitur ibi dictio, & soluitur.
11. Vt licet tamen dispensationem Pontifex concedat, causam aliquam habere debet.

1. **A**nte contractam Simoniam clarum est solum Pontificem posse dispensare: illa vero contracta est distinguendum de penis ipso iure latis, vel ferendis, si iam per sententiam sunt impostæ. Et quidem penæ ferendæ, quales sunt dispositæ, infamia, vel suspensio si à iudice propter crimen Simonie in iudicio probatum infligantur, nec vtrique durante tempore, pro quo infligendæ fuerunt, possunt à iudice auferri. Probabile tamen est, si imponatur alicui suspensio triennalis, posse ab Episcopo ante tempus transactum auferri. Idem est in suspensione quilibet ab officio, vel beneficio: quia eius est absolueri cuius est ligare. Secus vero dicendum videtur de infamia, & depositione, quia hæc non abolerent nisi à Pontifice, cum ex suo genere sint perpetuæ.

2. Quod si de penis ipso iure latis loquamur. Prima pena est excommunicatio lata in dantes ordinem, beneficium, aut religionem, vt diximus, à qua excommunicatione solum Papa de iure communi potest absolueri; quia ipsi est reseruata. Ex particulari priuilegio Episcopus, & religiosi mendicantes modo non sic excommunicatio publica, & ad forum contentiosum deducta.

Secunda pena est suspensio in eo qui Simoniacè fuit ordinatus, cuius suspensionis absolutio quoad illum ordinem Simoniacè obentum reseruat Pontifici in cap. penult. de Simonia, & ibi Glossa, & communis Doctorum. Et sine huius absolutione non poterit quis ad superiores ordines ascendere, vt bene aduertit Suar. lib. 4. de Simonia, c. 6. n. 5. De suspensione autem aliorum ordinum legitime receptorum, esto probabile censet Suar. sep. posse Episcopum absolueri, probabilis censet oppositum. Quia videtur esse quædam lex imposta ipsi Simoniacis, vt non possint ad superiores ordines ascendere, sed spe dispensationis carent, vt loquitur Sixtus V. in sua constit. contra male promotos, quam in hac parte confirmauit Clemens VIII. Idem dicendum est de suspensione incurra ab ordinantibus Simoniacè, vel à mediatoibus Simonie, & de suspensione incurra à capitulo, vel conuentu regulari propter Simoniacam receptionem religio: quia similiter Pontifici reseruat.

Pena item expulsiõis à monasterio, cum non incuratur ante condemnationem, non indiget dispensatione; post condemnationem, solum Papa dispensat, nisi in casu ignorantie; iuxta cap. de Regularibus de Simonia, vel in casu necessitatis, iuxta cap. quoniam, eodem tit. vt optime aduertit Suar. lib. 4. de sim. cap. vlt. n. 7.

Alia pena est interdictum ab ingressu Ecclesie, quod incur-

ritur ab ordinante Simoniacè, vel à prælatis recipientibus beneficium in confidentiam, à qua pena solum Papa potest absolueri: quia sibi reseruat absolutionem.

Aduerto tamen ab omnibus iis censuris, si publicæ non sint, vel ad forum contentiosum deductæ, posse Episcopum absolueri virtute Trident. sess. 24. cap. 6. de reform. ita Suar. lib. 4. cap. 61. n. 11. in medio. Neque obstat Bulla Pij V. prohibens hanc facultatem, quia in hac parte non videtur recepta, vt notauit supra cum Eman. Sà verb. Simonia, n. 12. Lessio dub. 24. n. 134.

3. Difficultas est, an inhabilitas, quam contrahunt recipientes Simoniacè beneficium possit ab Episcopo tolli. In qua re primò dicendum est, si ignorante beneficiario Simonia commissa fuit, & ipse bona fide beneficium recepit, poterit Episcopus, si beneficium sit simplex, post liberam illius resignationem, iterum illud beneficium eidem conferre: Secus verò si beneficium maius sit, tunc enim non poterit pro illa vice, quia debet prius alte i conferre, & postea si vacet, poterit huic ignorant Simoniam conferre: quæ omnia habentur in suprad. cap. penult. de electio. Quod si scienter Simoniam commiserit, communis sententia Doctorum est non posse Episcopum dispensare, sed semper inhabilem esse ad illud beneficium habendum, etsi fuit Simonia confidentialis ad omnia beneficia, quouique Pontifex dispenset. Neque in priuilegio concessio à Trident. circa casus occultos, hic comprehenditur. Tum quia hic non est casus occultus pertinens ad absolutionem Sacramentalem. Tum etiam quia non est censura, neque irregularitas, sed quædam vindictiua pena. Tum denique quia illa pena introducta est post concilium: & Consequenter facultas data à concilio non extenditur ad casus noua lege Pontificia reseruatos post concilium, vt respondit Gregor. XIII. audita relatione congregationis, prout refertur Volum. 4. decisionum Rotæ per Farinac. fol. 77. Adde hoc esse expresse declaratum à congregat. Cardinal. vt in supradicto loco refertur; vbi in §. ex delicto occulto, dicitur: Episcopus etsi in Simonia occulta dispensare possit, non potest tamen Simoniacum rehabilitare ad beneficia in posterum obtinenda, neque ad ea retinenda, quæ per Simoniam occultam obtinuit, pag. 77. vers. an Episcopus: vbi dubitatum fuisse refertur, an Episcopus ex vi huius capitis possit absolueri faceret tamen sibi subditum à Simonia occulta, & rehabilitare ad ordines, & beneficia tam obtenta, quam obtinenda, responderetur his verbis: Congregatio censuit potuisse absolueri, & ad ordines rehabilitare, & beneficia tam obtenta, quam obtinenda, sed non ad beneficia, quibus propter Simoniam priuatus fuisset; vel ad obtinenda.

4. Verum etsi hæc sententia probabilior sit, & in praxi sequenda. Nihilominus tamen existimo esse satis probabile posse Episcopum dispensare cum Simoniaci occulto in inhabilitate contracta propter Simoniam; ita censet Henric. lib. 13. de excommunicatione cap. 56. num. 1. & in com. lit. F. Leonard. Lessius reputat probabilem lib. 2. cap. 35. dub. 25. num. 149. consensit Suarez lib. 4. cap. 61. num. 11. ait enim verius esse non extendi facultatem concilij ad dispensandum in hac inhabilitate. Indicat ergo oppositam sententiam veram esse, & saltem probabilem. Ratio est, quia hæc inhabilitas, vt probat Henriquez est quasi quædam irregularitas: concessa ergo facultate dispensandi in omnibus irregularitatibus, videtur ad hanc inhabilitatem extendi. Neque obstant decisiones Cardinalium. Tum quia illis decisionibus est magna sint authoritatis non est necessitudo standum, vt expresse dicit Sanchez respondens cuidam decisioni Cardinalium lib. 8. de matrim. disp. 2. num. 10. circa finem, & de Ryle curiæ; & decisionibus Rotæ docet similiter Valq. tit. 2. in 2. D. Thom. disp. 177. cap. vlt. num. 75. vbi optime probat declarationes. decisionum Rotæ non habere vim legis. Adde supra dictas declarationes facile explicari, vt scilicet intelliguntur non posse Episcopum dispensare cum Simoniacis inhabili ad obtinenda beneficia, quibus priuatus fuit per sententiam: nam ante sententiam bene poterat: Et hæc explicatio fundatur in vltima declaratione Cardinalium: cum enim ibi dicat congregatio; Episcopum posse absolueri Sacerdotem sibi subditum à Simonia occulta, & rehabilitare ad ordines, & ad beneficia tam obtenta, quam obtinenda, postea subdat, sed non ad beneficia, quibus propter Simoniam priuatus fuisset, vel ad obtinenda, ne inquam huiusmodi posteriora verba prioribus aduersentur, necessitudo debent intelligi de beneficiis per sententiam priuatis. Quare ante sententiam, & in foro conscientie bene poterit Episcopus cum sic inhabili dispensare.

5. Ex qua doctrina efficitur hanc obtinentem beneficium Simoniacè, si dispensatus sit ab Episcopo in censuris, & in hac inhabilitate posse sine alia collatione possidere beneficium. Tenet expresse Suar. tom. 5. in 3. part. disp. 13. sect. 1. num. 34. sine cum Atbare in cap. expositio, de clerico excommunicat. ministr. & sumitur ex ipso textu, ubi enim dicitur non posse ipsum clericum sic delinquentem retinere beneficium, nisi cum illo fuerit misericorditer dispensatum. Ego postea dispensatione

facione bene poterit retinere: cum ibi nihil aliud desideretur.

6. Temperant supradicta graues auctores, vt intelligantur, quando beneficium esset de collatione ordinarij. Tunc enim affirmant dispensatione facta ab ordinario in impedimento, ob cuius causam collatio fuit irrita, manere firmam collationem; quia dispensando videtur, quasi de nouo conferre. Secus vero quando beneficium est de collatione Pontificis, aut illi est referuatum: sicuti est omne beneficium; in quo Simonia per confidentiam commissa est, vt habetur in Bullis Pij 1. V. c. 7. & tradit Gonzalez cum Galis Glossa 51. num. 110.

7. Verum hanc limitationem omnino reprobant Speculator tit. de dispensat. s. nunc de Episcopat. num. penult. Innocent. cap. innotuit. num. 2. vbi quidam tamen contradicunt, de Electione, & ibi Hostien. n. 2. Ioan. Andr. n. 5. Anton. n. 11. c. 12. Anchar. n. 2. notab. Azor. 2. p. insit. moral. lib. 6. cap. 7. quast. 2. §. quid dicendum. Et generaliter, & absque illa limitatione affirmant Felin. cap. cum delectus. num. 4. de Accusationib. Nauarr. lib. 4. consil. 2. edit. tit. de sponsalib. consil. 14. num. 6. arg. 5. iuncto n. 14. in solut. ad 5. Burgalio de irregularit. 2. par. tit. de differentijs terminor. num. 9. & alij relati a Sanchez r. 3. de matrim. lib. 8. de dispensationib. disp. 7. num. 12. vbi probabilem, & securam reputat hanc sententiam triplici conditione interueniente. Prima, si vitium ob cuius causam collatio praesentatio, vel electio, &c. fuit irrita, sit occultum. Secunda dummodo non sit in tertij coelecti praedictum qui propter priorem electionem priuatus fuit ipso iure. Tertia, dummodo beneficiarius ille non acceperit scienter cum vitio illo collationem beneficij, quia tunc esset intrusus; ac proinde oporteret non tantum prioris vitij dispensationem obtinere, sed illius quoque intrusionis: est enim respectu illius beneficij duplex canonicum impedimentum, alterum prioris vitij, scilicet Simoniae, alterum intrusionis. Requiritur ergo vitij quoque obtinendi dispensationem: alijs impetratio illius beneficij non facta mentione intrusionis esset nullius momenti, vt multis relatis tradit Menoch. lib. 2. arbor. cenr. 3. casu 201. num. 129. Addit tamen Sanch. supradicto loco impetrata dispensatione vitijque vitij occulti, ratam fieri priorem collationem, si amplectamur sententiam probabilem dicentem indistincte conualescere collationem habita dispensatione occulti vitij. Quod si beneficiarius non acceperat collationem, sed tantum praesentationem, aut electionem, non diceretur intrusus, quia intrusus dicitur qui absque canonico, & legitimo titulo, sed vitioso dicitur qui absque canonico, & legitimo titulo, sed vitioso beneficium capit vt bene docent Rebuff. praxi benefical. reg. de subrogandis colligantib. Glossa 4. num. 5. Syluest. & reliqui Summistae, verbo intrusus, Nauarr. sum. cap. 27. num. 194.

8. Forma vero ad dispensandum in penis Simoniae nulla est praescripta: quare si Episcopus vratur verbis, quae sufficienter exprimant voluntatem dispensandi, eo ipso censetur dispensasse.

9. Dubitant tamen doctores; an si Pontifex beneficium in-

habili conferret, eo ipso dispensare cum illo censetur? Et respondeo, censeri dispensasse in ordine ad illud beneficium, si illi constitit esse inhabilem, ne dicamus frustra, & in vanum efficere collationem: & ita sentit Suar. lib. 4. de Simon. cap. vlt. num. 14. cum Panormit. in cap. cum in curia S. inferiora, de Elect. num. 8. & Felino in cap. praeuena, de Testamentis cogendis. n. 7. Nauarr. in opuscul. de datis, c. prem. s. notab. 5. num. 14. Conarru. reg. peccatum. par. 2. s. 8. num. 9. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 92. §. illud animaduertendum. Et generaliter quotiescunque impedimentum est iuris humani, & legislator scienter impeditum admittit ad actum praesumitur animus dispensandi, ac inducitur vera dispensatio, quamuis princeps causa cognitionem non praesentit, vt si Pontifex scienter admitteret irregularem ad ordines, vel beneficia vel iure humano impeditos matrimonio coniungat, vel Rex lege inhabilem, vt feruum iudicem constituat: ita Expresse Thom. Sanch. lib. 8. de matrim. disp. 4. num. 2. cum varijs doctoribus probatque ex leg. Barbarius. ff. de officio Praefecti. vbi in posteriori casu illius textus deciditur, si populus Romanus detecta feruitute consentiat feruum praetura fungi, valere gesta per ipsum: & ex leg. quidem 57. in fine, ff. de re iudicata: vbi deciditur principem minori magistratum conferentem censeri dispensare, ne gesta per illum valore desinuantur. & in num. 17. Idem Thom. Sanch. affirmat doctrinam hanc non solum in principe supremo, sed etiam in inferioribus praetatis procedere in iis, quibuscum ipsi dispensare possunt.

10. Neque obstat Clement. vnica, de sentent. excommunicat. vbi dicitur Pontificem communicando cum excommunicato non censeri absolueri illum ab excommunicatione, nisi exprimat. Facemur inquam hoc libenter: sed dicimus, esto illum ab excommunicatione non absolutum, suspendit tamen effectum excommunicationis quoad illum casum, ne scilicet peccet communicando cum ipso Pontifice, ne in excommunicationem minorem propter illum actum incidat, & eodem modo dicimus de nostro casu censuram beneficium inhabili non absolute auferre inhabilitatem, sed solum ad illum casum, & respectu illius beneficij.

11. Aduerto tamen, vt licite Pontifex dispensationem concedat in iis impedimentis, & penis requirit aliquam causam: hoc enim exposulatur commune bonum, & Ecclesiae regimen. Verum si absque causa contra suam legem fecisset, & in ea dispensasset, existimo non peccare mortaliter seculo scandalo, aliave ratione extrinseca, & dispensationem validam esse, tenet multis relatis Sanch. lib. 8. de dispensat. disp. 17. num. 28. c. disputat. 18. num. 7. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 5. num. 34. Valen. 2. disp. 7. q. 5. part. 9. ad finem. Man. 1. tit. sum. 25. num. 5. & nos diximus. Tractata de legib. disp. vlt. & alijs in locis. Episcopus vero, & alij praetati in legibus superioris dispensantes, si absque causa procedant, ex se constat, & peccate mortaliter, & nullam esse dispensationem: vt supradicti Doctores tradunt.